

02 H 1192





DIFFERENTIAS IVRIS  
ROMANI ET GERMANICI  
IN  
**V S V R I S**  
PRAECIPVE  
VLTRA ALTERVM TANTVM  
PRAESIDE  
**IOAN.PETRO<sup>DE</sup> LVDEWIG**  
FRIDERICIANAE CANCELLARIO PERPETVO  
REGIS CONSILIARIO INTIMO ET MAGDEBURGICI  
REGIMINIS AC CONSISTORII  
ORDINIS IVRECONSULTORVM PRAESIDE  
ATQUE AERARII PAUPERVM DIRECTORE  
DOMINO IN BENDORF, PRAEZ ET GATTERSTAEDT  
**PRO DOCTORIS**  
IVRE ET DIGNITATE  
CAPESSENDA  
CONSENSV AMPLISSIMI ICTORVM ORDINIS  
IN FRIDERICIANA  
RESPONDEBIT  
**HENRICVS AVGVSTVS ROSENBACH**  
GRIMMA MISNIENSIS.

---

DIE XI. MENSIS APRIL. CCCCCXXX.  
H. I. Q. S.

---

HALAE SALICAE  
EX OFFICINA KITLERIANA.

(3)



DIFFERENTIAE IURIS  
ROMANI ET GERMANICI  
IN  
**VSVRIS**  
MAXIME VLTRA ALTERVM TANTVM.

DIFFERENTIA I.

Verborum *vsurae* & *foenoris* in Germanica  
lingua *vsus*.

**V**re Romano differt FOENVS ab VSVRA, uti DISCRIMI-  
res foecunda a sterili; quod a foetu pro-  
uenerit foenus (1); contra autem *usura* & *usuræ* <sup>NA</sup>  
a simplice *usu* (2). Licet postea utrum-  
que uerbum factum sit synonymum (3).

*Iure Germanico* in uernacula wuchern di-  
cimus pro, *fertile* & *foecundum* esse (4); *Zinsen* autem  
idem est, quam *census Latio* (5). Etiam *Renten* nobis  
in *usu*; quibus respondent in *Latio redditus* (6). Verum  
significatus is hörum uerborum est ueteri aeuo. Nam  
Seculo XV. interpretes sacri codicis ante Lutherum  
*foenus* generatim reddiderunt *Gesuch*, satis inepte (7),  
mutuare, *cum requisito* aut *quaestu*. Vnde tamen non  
leuis coniectura est, *foenus* Germanis nequidem nomi-  
ne cognitum fuisse olim.

DEMONSTRATIO.

(1) *S. Pomp. FESTI* est haec etymologia: FOENVS & *foenebris* <sup>Etyma</sup>  
*lex à FOETV dicta*; quod crediti nummi *alios PARIANT*. *Vt* <sup>foenoris</sup>  
*apud* <sup>foetu</sup> A

*apud Graecos eadem res τόνος dicitur. FOENVM quoque pratorum causa est adpellatum. Corn. FRONTONI probatur idem: mutuum sine usuris; foenus cum usuris. Vnde & FOENVS dictum est, ut graece τόνος, quasi PARTVS mutui. Plaut. in Asin. Frustra igitur ludit ISIDORVS lib. XVII. de re rust. c. 9. Foenum dictum, quod eo flamma nutritur. Φῶς enim flamma est. Disquirit porro PRISCIANVS lib. VI. sub finem pag. 721. an foenus FOENORIS dicendum cum IVVENALE? Quod tamen antiqui FOENERIS, unde & foenar & foenerator.*

*Vsura ab utendo. (2) Terentius VARRO lib. IV. p. 30. usura cum accederet ad sortem, ex VSV VSVRA dicta, ut sors, quod suum sit sorte. Putat, quod una sit cum sorte, usors. Sed expeditior PRISCIANVS libr. IX. p. 923. ut armatus & armatura; scriptus & scriptura: sic ab vsv quoque usura factum.*

*Vsura sine foenore. (3) Mansit tamen unum altero significantius. Vti enim usura etiam pro simplice vsu, quo usitae usuras dicimus: ita foenus requirit semper foetum seu lucrum & incrementum. Ultimum quo grauius est & maius, quemadmodum in pecunia traiectitia; ideo foenus traiectitium frequentius dicimus, quam traiectitiam usuram. Quod ultima haec uox lenior esset mitigaretque improbum foenus. Adiuuat forte conieeturam formula TACITI de M. G. c. 26. foenus agitare & in usuras extendere, ignotum. Quis enim dubitauerit, mutuo dedisse & accepisse quandoque Germanos fungibilia, quod autor dicit usuras pro usu rei. Sed ad foenus illos negat, easdem usuras extendisse. Usura fuerat, iudicio eius, sine foenore in Germania; id est, usura gratuita. Quod interpretum uidit nemo.*

*Wuechar (4) Etiam in rerum naturalium incrementis hoc uerbo usi sunt veteres Germani. De arbore aut planta dixerunt, das Brant oder der Baum wuchert gut, id est crescit capite fructuum incrementa. Veteres Germani dixerunt Uuachar, fertilis, contracte Venedi Lichwa, quasi Leihwachar, mea opinione, a wachsen, inde a wuchse, Unuuchar. Quod utrum-*

Nova Ta-  
sisti expli-  
catio.

Wuechar,  
Wuchar  
idem  
quam  
Wachsen.

utrumque reperitur in ueteris linguae reliquiis apud OFFRIVM, NOTKERVM, WILLERAMVM, aliosque. Quorum loca congesit SCHILFERVS in glossario scuton. u. unachar, unucher, fructus & unuckerunge usura. Interpretes sacri codicis ante Lutherum Wucher accipiunt sine discrimine de fructu. DEUTER. XXVIII. der Wucher deines Leibs der ist gesegnet, und der Wucher deines Landes und der Wucher deiner Vich, und die Herte deiner Schwach und die Stell deiner Schaf, cetera. Foenus autem redditum iidem DEUT. XXIII. Ut leich deinem Bruder da dem Gesuch, noch traide, noch ein ander Ding: Wann den fremden.

(5) Poterunt Zinsen uocis origines requiri a lingua Germanica A censu ideo: quod frequentius & uberior ibi illa sit, quam in ipso Zinsen. Latio census. Praesertim quod Zysk Veneda lingua idem ferre sit. Vnde in Marchia Zise nomen, id est, census coquendae cereuifiae. Diuersus a vocabulo Accise, qui & census nouellus est & omnis generis consumtibilium. Dicimus in nomine Zinsen, Geldzinsen, Fruchtzinsen, Sackzinsen, Blutzinsen, Erbzinsen, ablöfliche, unablöfliche Zinsen; imo verzinsen. Quamuis ille significatus, quo foenus quoque reddere hodie solet, ueteri aeuo, sit ignotus. Vnde facilis est conjectura; quoniam nomen nobis proprium defuit, quod etiam foenoris ipsius nullus fuerit usus in Germania olim.

(6) Breuiter OCT. FERRARIUS in origin. Lingv. Ital. pag. 248. Renten Renda, rendita, redditus sive reditus. Galli rentae, Hisp. idem renta & arrendar, tam locare, quam conducere. Galli item quam arrenter, locare. Quemadmodum uero ipsi etiam Germani uerbum leihen dicunt & de mutuando & de locando: sic etiam re ipsa mutuum sub usura est elocatio pecuniae pro temporaria mercede. Licet enim pecuniae dominium transferatur; retinet tamen creditor dominium summae. Quoniam vulgi etiam sermone dicimus: Wer von dem andern

leihet, wird dessen Knecht; conductor seruus est locatōris. In uernacula uulgi sermone dicimus: von Renten leben, ab usuris uiuere; Geld auf Renten austhan; foenerari. Inde uicelalitium nobis Leibrenten. Illud ambiguū: Renten; respondere, reddere num apud OTFALIDVM lib. V. c. 19. congruum sit uerbo Renten?

Gesuche,  
foenoris  
synony-  
mam olim.

(7) Pater hoc Germanica ex bibliorum uersione ante Lutherum. DEUTER. XXIII. Wann deinem Bruder, dem leich an Gesuche, das, das er bedarfe. Et PSALM XIII. der mit gab sein Gut zu dem Gesuche, der wird nit beargt ewiglich. LVIHERVS: der sein Gut nicht auf Wucher gibt, der wird wohl bleiben. Vnde facile est ad intellegendum: Seculo XV. *foenus* in uernacula dictum *Gesuch*; Wucher autem in bono sensu *fructum* audiuisse. Qua etiam formula usus est LOEWASSER in Ps. XV. non rhythmi ergo neque Gallici poetae aemulatione; sed ueteris linguae unitatione. *Quaestus* forte idem creditum, quam *Gesuch*. Sed in uersione facri codicis exulat uerbum, *quaestus*. Nam & Gallis deest in sua lingua uerbum, quo exprimant *foenus*, ut, mutuare a Latio, illos oportuerit, *usure*, *usurier*, *in-  
terets*, cetera.

## DIFFERENTIA II.

### *Ufurarum causae commercia?*

Iure Romano foenoris usus fuerat, omni aeuo, frequentissimus; uti aeris & commerciorum (1). Germanis uero ultima quemadmodum defuerunt; ita quoque primum ignotum & fungibilium rerum *usura* sine foenore, iure Germanico (2). Non Romanis; ne hic quidem (3).

#### DEMONSTRATIO.

(1) Quod adfirmavit TACITVS lib. VI. annal. c. 16. his uerbis:  
*Sarie*

SANE VETVS urbi FOENE BRE malum & seditionum discordi Vetustas  
 arumque creberrima causa: eoque cohiebatur ANTIQVIS usurarum  
 quoque & minus corruptis moribüs. Nam primo XII. TA-  
 BVLIS sanctum: ne quis VNCIARIO FOENERE AMPLIUS exer-  
 ceret. Cum antea, ex LITIDINE locupletium, agitaretur.  
 Vnciarium autem foenus, quis annum dixerit? Cum men-  
 strum ita indicari suadeat diuisio assis in uncias duodecim,  
 uti anni in duodecim menses. Licet & SIGONIVS & Anton.  
 AVGUSTINVS contendant ex aduerso.

- (2) Locus satis est uexatus, quem recitabimus primo; deinde Germanis tenebras philologorum dispellemus. TACITI uerba *de M. G. usurae c. 26.* sunt haec: FOENVS agitare & in VSVRAS extendere, ignotae. ignotum. Ideoque magis SERVATVR, quam si VETITVM es-  
 set. Tria hic desidero in doctissimis ceteroquin interpretibus. Primo quidem, quod uiii aliquid in hac scriptura esse, perhibeant substituantque pro, seruat, spernitur aut sper- Tacitus natur, cum LIPSTO aut auersantur cum SALMASIO. Nam noue ex- respicit hic Tacitus ad morem, quo foenus Germani non plicatus, extendant in usuras. Adeoque hunc morem illi magis ser- uant; quam si uetitum hoc esset lege. Deinde quod ha- reant in uerbo, ignotum. Quasi Germani ignorauerint, exemtis agitare foenus. Non enim ignorantia hic causa est; sed mo- Lipsii, Sal- rum integritas, aliena a turpi lucro. Eodem errore pec- masi fec- cant etiam commentatores illi; qui in cap. 19. uerbisque; nullum testamentum, exprobrant Germanis testandi nesci- entiam. Cum gentilitia successio in causa fuerit, quam mi- grare, nefas fuerat Germanis, ultimaque uoluntate heredes insti- tuere extra gentilitatis propinquitatem. Tandem ignotum hic idem est, quam non usitatum aut a moribus alienum. Quod autem Germani usuras fungibilium rerum saepe exer- Germanis cuerint, uerum sine foenore, illud in differentiae I. not. 3. usurae sine iam aduertimus. Taceo, quod foenoris agitatio in pecuniae foenore. mutuo facta plurimum: sed Germanis auri & argenti usus negatus fere cap. 5. imo non pecunia eos emisse, uerum sim-

*simplicius & antiquius PERMUTATIONE mercium usos esse,  
testatur idem autor ibidem.*

*Foenus in  
acre.*

- (3) *Licet enim foenus AERIS tantum accessio dicatur in l. 24. D.  
de praescript. uerb. poterat tamen olei quoque uini, frumenti  
accessio requiri & foenus agitari, ut indulgent hoc l.  
12. & 23. C. de usuris. Quod incrustatum plerumque uerbo  
accessionis uel incrementi sigillatim, ut recte obseruat SAL-  
MASIVS de usuris c. 20. In uernacula dicimus: übermaß,  
ausfimaß. Ut causas eum redarguendi non habeat NOODT  
lib. I. de usur. c. 2. Quem certe innumera aurorum praeser-  
tim ecclesiae patrum fugissent, nisi, eorum allegatione, praesi-  
uiisset insignis ille polyhistor.*

### DIFFERENTIA III.

*Iure diuino num usurae damnatae?*

**I**ura Romana MOSIS & CHRISTI (1) de usuris, praecpta ita acceperunt; ut crederent legislatores christiani, modicas usuras ideo nemini interdictas (2); eadem iuris fiducia usi sunt, in indulgendis usuris, WESTGOTHI (3): contra autem in iure Germanico pontificia statim decreta usuras damnarunt neque ibi illae unquam factae sunt legitimae (4).

### DEMONSTRATIO.

*vsuras in-  
terdictae  
in testa-  
mento  
utroque.*

- (1) *Loca testissima sunt EXODI XXII, 25. ne foenus agites in populo dei; aduersus fratrem Israelitam LEVIT. XXV, 36. idque siue in pecunia siue in alia re fungibili DEUTER. XXIII, 19. idque sub promissione uitiae aeternae PSALM. XV, 5. ac fortunarum huius aeiui IEREM. XV, 10. 11. Pietatis insigne genus EZECH. XVIII, 8. Cuius tamen transgressores Israelitae, querelas mouente eodem EZECH. XXII, 12. Et in nouo foedere LVCAE VI, 34. 35. Licet ipse seruator usuraries adpro-  
bet*

bet in parabola LUCAE XIX. 23. Quamuis autem Iudaicae reipublicae instituta a coetibus christianorum, tote orbe dispersis, sint alienissima : in ecclesia tamen & doctores & pontifices ipsi coelum & terram negarunt illis , qui , mutui dati causa, accipere audeant usuras. Plenissima dirarum sunt & In CANONI-  
DECRETA in distinct. XLVII. & causa XIV. quæst. 3. 4. 5. CO decretis  
Quæ loca autoritate conspicua sunt conciliorum & decreta-  
patrum, AVGUSTINI, HIERONYMI, GREGORII M. AMEROSII  
libus.  
atque DECRETALES lib. V. tit. 19 qui est de usuris.

- (2) Illud omnino meretur imis sensibus notari ; quod, lege Sed munici-  
quamvis diuina obstante & ecclesiae antistitibus usuras da-  
tæ LEGIBVS  
mancibus in christiano orbe uniuerso: nihilominus usuras Latii.  
legibus muniuenter latores christiani in IVRIS CORPORE. Nam  
& D. lib. XXII. tit. 1. & C. lib. IV. tit. 32. de usuris agunt  
ipseque IVSTINIANVS modum usurarum fecit legitimū, con-  
stitutionibus scriptis foeneratoribus sigillatim in L. 26. 27. C.  
de usur. atque in Nouella 121. 138. 160. Vnde fiderent con- Ingratiis  
rector; ad patrum ecclesiae de cunctis promul- clericorum  
gata fuit facta priuatim, parum aut nihil in republica atten-  
disse imperatores christianos.
- (3) In LEGIB. WESTGOTHICIS usurarum diligens non solum com- In west-  
memoratio; sed etiam definitio legitimæ summae. Vtpo- GOTHIKIS  
te in lib. V. tit. 5. qui de comendatu & commodatis est in LL. pari-  
scriptus, modus usurarum descriptus est uerbatim. Commo- ter instae.  
datum, uti in uernacula nostra leihen, & gratuita usura  
comprehenditur & illa, quae fit cum foenore. Lex IV. est  
haec: si quis pecuniam sub conditione (meus codex mem-  
branaceus, sub cautione, habet) suscepere, daturns usur-  
ras, si, per casum, pecunia perierit, non culpa aut neglig-  
entia debitoris, ille, qui pecuniam commodauerit, solam  
pecuniae summam recipiat & non requirat VSVRAS. Quod  
cesset eo casu interesse debitoris. Deinde in lege VIII. si qui-  
cunque pecuniam commodauerit ad VSVRAM, non plus per  
annum, quam TRES SILIQVAS de uno SOLIDO poscat VSVRAS.  
Si tamen fuerit unde detur. Sed de SOLIDIS OCTO NONVM  
feli-

*solidum creditor exsoluat. Quod si CAUTIONEM, ultra hunc modum, creditor extorserit, conditio contra leges inserta (in meo CODICE MSCTO incerta legitur) non ualeat. Et, quae CAVITAE fuerant (in meo CODICE incautae dicitur) in nullo solvantur usurae. Porro in lege IX. Quicunque FRVGES aridas & humidas id est uinum & olearum uel quodcumque annonae genus (meus codex uel triticum addit) alteri comodauerit, TERTIAM partem accipiat. Id est, ultra DVOS modios, TERTIUM reddat. Quam legem ad felas FRVGES praecepimus pertinere. Vnde patet; quod Gothi, licet christiani, usuras habuerint legitimas. Ceterum ex his specimenibus patet, quam frequens in meo codice sit varietas scripturae. Utissimo ideo, qui conferatur cum editis harum legum exemplis.*

In CAPITY-  
LARIBVS  
prohibitae  
Germanis.

(4) Praeluent hic CAPITYLARIA Regum Francorum. In lib. i. in LEGE V. In CONCILIO seu in DECRETIS papae Leonis nec non in CANONIBVS apostolorum, sicut & in LEGE ipse DOMINVS praecepit: omnino omnibus interdictum est, ad usuram aliquid dare. Porro in LEGE 130. iustum foenus est, qui amplius non requirit, nisi quantum praestitir. Quod est foenus sine foetu. Clarius in lib. V. LEGE 36. VSVRAM non solum CLERICI; sed nec LAICI CHRISTIANI exigere debent. Quae leges dictae scriptaeque etiam Germanis a regibus Germaniae. Vnde altum de legitimis usuris, apud maiores nostros, silentium. Ut adeo, quod boni mores quandam fecerant in Germania, quod differentia II. §. 2. TACITVS nobis aperuit; postea canones & leges iusserint Francorum.

## DIFFERENTIA IV.

### De modo usurarum definito.

**I**n iure Romano aliquando interdixerunt legumlatores usuras omnino; quandoque *emti venditi* contra dictum in solo praediisque imperarunt, ut eo rarius opus esset

mu-

*mutuo*; demum usurarum modos, pro hominum diversitate, statuerunt uarios (1) ac multiplices. *Iure Germanico*, more ac integritate pristinae gentis, *usurae* nullo unquam tempore *indulta*e sunt aut habitae *legitima*e. Ne, quod omnes damnarent, illis statuerent modum. Itaque fulmina *canonum*, *foeneratoribus* intentata, eo facilius locum habuerunt sustinueruntque in *Germania*. Licit ciuiles magistratus cohiberent ab hac tabula manus; quam a sacris antistitibus, acriori iam stylo, uiderent scriptam esse. Foeneratoribus *infamia* inusta & mala *cruce*, digna olim gehenna & inferno (2). Interim, commercia cum extraneis & Italisch maxime *Germaniam* fecerunt *usurariam* pariter, spretis ecclesiac diris ac dogmatibus. Hinc principio *emporiam* quaedam modum *usurarum* definiuerunt (3); quae securae sunt aliae atque aliae ciuitates post. Nulla tamen *lege extante* in rem publicam uniuersam (4). Ne, quod sacra pagina damnat, ipsi, legibus dando modum, adprobare, uiderentur.

## DEMONSTRATIO.

- (1) Superat propemodum fidem, quam Romae fuerint uarii & In I. R. multiplices legislatores in statuendo usurarum modo. Primo VSVRAS enim illud docet historia Romana; quod L. GENVITIUS fo- 1) suslatis enor is agitationem omnem e republica proscripscerit. Dubitanter LIVIVS lib. VII. c. 42, extremo: inuenio apud quosdam L. Genutium, tribunum plebis tulisse ad populum, NE FOENERARE LICERET. Clarius loquitur TACITVS lib. VI. annal. c. 16. postremo uetita VERSVRA, allii *usuram* legere malunt, quod est perinde. Amplior est in his APPIANVS lib. I. de bell. ciuil. p. 382. dubito an uerior. *Videntur*, inquit, ROMANI, sicut & GRAECI ABHORVISSE A FOENORE. Quod ne PERSIS quidem placuit. Sed, quia ueteri iam more, sce-

B

nus

noxie &  
incepto

2) pro  
munuscu-  
lo indulxit  
Senatus,

Caesarea  
pecunia  
mutuata  
gratis.

3) Coa-  
gio ad e-  
mendum  
immobilia.

4) usurae  
ex libidine  
credito-  
rum.

*nus receptum, foeneratores id reposcebant iure suo. Mallem egomet GENUTII instituto, inepto satis & parum diuturno, id tribuere. Vnde enim mutuum sine foenore; unde commercia sine mutuo; unde reipublicae sustentacula sine commerciis? Et, si pristinae Romanorum integritati hoc tribuendum, quid quoquo opus fuerat Genutii plebiscito? Opinabile magis est hoc: quod de *Alexandro SEVERO* narrat *LAMPRIDIUS* cap. 26. Senatores si FOENERARENTVR VSVRAS accipere primo VETVIT, nisi aliquid, muneris causa, acciperent, id est, ut ego arbitror, instar doni ob causam. Postea tamen, quod ipse intelligerer Caesar, minus id consultum fore reipublicae, iussit; ut in semissis acciperent donum, definita eius summa, munus autem, indefinitum ante, suscep-  
lit. Ne opus sit medica manu *SALMASII*. Aut quod de Cae-  
sare memorat *TACITVS* annal. lib. V. c. 17. iulit opem, dis-  
posito per mensas millies sesteriorum factaque mutuandi co-  
pia SINE VSVRIS PER TRIENNIVM, si debitor populo in DVPI VM,  
praedisi CAVISSET. Poterat enim hoc fieri, ad sedandum ple-  
bem, largitione principis idque ad breue tempus; uniuer-  
sim autem hoc iniungere hominibus opulentis perpetuo, illud idem erat, quam pecuniam in arca claudere otiosam &  
inopia aeris turbare rempublicam. Ad hanc igitur cauen-  
dam nouum consilium iniit Tiberius, *SVETONIO* teste c. 48.  
cum per senatus consultum sanxisset; ut FOENERATORES  
DVAS patrimonii PARTES IN SOLO collocarent; debitores to-  
tum aeris alieni statim soluerent. In uernacula: sie sol-  
ten zwey drittel ihres Geldes an Landgüter legen, ne  
scilicet, foenore cessante, pecuniam abscondenter. Neque  
tamen ita consultum pauperibus: quanto enim quis obacra-  
tior esset, aegrius distrahebat, *TACITO* autore lib. VI. an-  
nal. c. 17. Vnde facile intelligitur sine foenore, quod supra  
scriptum, consistere non posse rempublicam. Quid ergo?  
cogitandum de modo statuendo usuris. Nam ante, ex libi-  
dine locupletium, foenus agitatum, sine modo & definita*

sum-

- summa, narrante TACITO lib. VI. c. 16. Iste autem modus pro ratione temporum & fortunarum uarius omnino fuit. Computatio instituta olim per *menses*, inde *censematae usurae*, id est, quouis mensē *centesima* sortis pars. Deinde per annum, numeratis, tamen duodecim unciis, *uncū deuncē*, <sup>5) modum</sup> <sup>tandem accep-</sup>  
*dextantes, dodrantes, bessēs, septunes, semissēs, quin-*  
*cunes, trientes, sextantes* placuerunt. Quod partim leges produnt, partim Romani autores, quorum loca SALMA-  
SIVS in libris de modo usurarum plene congesit digessitque,  
ut nemo desiderauerit spicilegium. Causae, ad intelligen-  
dum hanc instabilitatem, faciles sunt. Qui enim pauper-  
culae plebi sua commendare studia uoluerant, illorum erat,  
usurarum modos deminuere aut, si fieri potuisset, proscribere  
illas ex Latio uniuerso: contra floruerant in diuitiis patritii,  
si usuris locus ultra modum. Prudentissimi ergo illud ege-  
runt: ut partis utriusque studia diuersa sustinerent aequilibrio,  
cauerentque inter nimium & parum excessus.
- (2) Haud dubie patriam nostram, in foenore agitando, inua- *Iure Germ.*  
serunt mores Italorum. Nam Germani, sua olim forte con- *exulaue-*  
tentī, parum aut nihil curarunt commercia cum peregrinis. *rānt usu-*  
Vnde etiam pecuniae apud illos usus fere nullus, quod dif- *rae.*  
ferentia II. nota 1. probatum. Deinde ante quam urbes in  
Germania conderentur, quod seculo X. euenit demum, ut  
luculento illud commentario ostendi in opusculo, de opifice  
exule in pagis, neque mercatores, neque nundinæ neque  
tabernæ, officinae, merrees uenum expositæ fuerunt: ut  
adeo occasio fere nulla esset ad mutuum eiusque partum,  
usuras. Verum, cum urbium nostrarum originibus, luxus Cognitac  
inuasit Germaniam & fornoris improbi uenenum. Nobiles *usurae*  
enim, quibus olim in uictu cultuque illud suffecit placuitque,  
quod ipsi produxerant in suis praediis ac uillis; iam aliena  
bona; in urbium officinis exposita, incepérunt adpetere,  
contrahere ideo mutuum, se suaque obaerare, stipulari foe-  
nus, emere pecunia, quod olim habuerant commutando.

Serpit hoc malum ultro citroque in patria; ut incolae urbium, serui & liberti olim, ditescerent & nobilitas in curtibus & pagis depauperaretur foenore, eversis ita plurium familiarum & gentilitatum fortunis, decore & dignitate. Quo casu, qui nobilium supersunt, plures ruunt praecipites etiam nunc. Cum enim, in tantis usurarum odiis, illud daretur IUDAEIS, quasi *hi non sub lege essent*, ut foenerarentur quaquaversum in orbe christiano, quod FRIDERICVS I. imperator in constitut. SICULIS lib. I. tit. 6. lege 2. prodidit; facile fuit mercatoribus, ut his foenoris improbi instrumentis, ad exhauriendum bonis Germanicam nobilitatem. Praeterea reperio etiam illud; quod *mutuum contrahentes* creditoribus aliquid adsignauerunt, titulo *donationis* & iuris tegumento hoc, quod cuique liceret esse liberali. Speciminis loco habes diploma 1298. in medii aevi reliquiis tom. V. lib. 3. num. 6. p. 442. Quid? quod magis est, licet damnatae furerint usurae, omni tempore, in Germania, sacra maxime: innumera tamen mutui contractuum monumenta nos docent, & praestitas olim *usuras* & *promissas* uerbatim; nullo fere pudore aut poenarum metu. Exempla omnis fere aevi, nostris quoque reliquiis collatis, insigni industria collegit digestaque vir illustris & nostri quandam subsellii, IOAN. GOTTfred. de MEIFRN in docto libro von Rechtinâsigkeit des Sechsten Zinsfthalers in Teutschland. Ne opus sit firmare idem ulterius. Verum inde non sequitur; *foenoris agitationem* probauisse ullo unquam tempore Germaniam nostram, quam ab hac macula, credidi, semperuisse alienissimam. Contra adfirmandum hoc: quod Germania dubitauerit, usuris statuere modum, ne uel ita uiderentur, illas probare. In foro tamen ciuili *illas* non puniuerunt: quod crederent, haec christiani hominis officia, rectius in ecclesia dirigi ac coerceri censura ac *cura animarum*, propositis alterius uitiae cruciatibus & negatione sacramentorum & sepulchrae in loco benedicto, cetera. Quac poenarum, usurariis

*Iudaeis in-  
dultae.*

*Palliatae  
donando*

*imo con-  
traftae  
palam.*

*idque im-  
pune.*

rariis statutarum, genera in sacris canonibus & conciliis; iuris ecclesiastici ac patrum decretis, sigillatim, pro temporum & locorum diuersitate, magno adparatu recensuit vir illustris BOEHMERVS in iure eccles. protestantium lib. V. tit. 20. quaeſt. de uſuris, §. 18. § 46.

- (3) Post igitur, quam exulassent uſurae a Germania nostra, tot in emporiſecularum, inde a principiis reipublicae, interuallis, cinq̄ib⁹ quibus-  
tatū & commerciorum in illis initia; Germanos hoc foen-  
orū ueneno infecerunt & agitarunt, praeſertim inter mer-  
catores paſſim; ſpreta ecclieſae disciplina & autoritate. Inde  
factum est, ut in Germaniae emporiſe quibusdam tam iu-  
diciis, quam christianis uſurarum modus fit definitus, quem  
tamen alibi pactis & conuentiōnibus excederunt contrahen-  
tes neque reperitur, ideo poenas sumtas a foeneratoribus.  
In primo genere exempla produxit illuſtr. BOEHMERVS in  
iure ecclesiastico lib. V. t. I. 19. §. 27. in ultimo illuſtris Dn.  
ae MEIERN von Rechtmäßigkeit des Sechſten Diſtichas  
lers p. XXV. p. 63. 64. 69. ſqq.
- (4) Quicquid ſenſerint alii de hac re; ego tamen MELANCHTHO- Ne qui-  
nis narrationi fidem eſſe habendam, mihi omnino perſua- dem anno  
deo. Nam interfuerat ipſe, iuſſū principis ſui, comitiis 1541.  
imperialibus RATISBONAE an. 1541. ubi problema uentilatum:  
utrum, bona conſciencia, poſſit lex ferri de MODO USVRA- Germa-  
RVM? Ratio dubitandi obſliterat grauis: ne, quod DEVS pro- niac mo-  
biberet, imperator, temperando eius modum, probaret. Ab rum.  
aliis atque aliis uaria ideo in medium prolata. Noſtrum au-  
tem haec dubia ita respondiſſe, conſtat: diſtinguendam de pecca-  
tis doctrinam de poenis in republica. Igitur per-  
negandum eſſe, quod imperator probet eo ipſo uſuras;  
quod modicas, id eſt, quincunces non puniat. Idem etiam  
Iuſtinianum feciſſe, conſilio eodem. Qui licet centefimas  
habuerit impunes; tamen ideo nequicquam adprobauerit foen-

Tessis gra-  
uis ME-  
LANCH-  
THONI 1553.

nus uel unciae unius. Legi potest *epistola MELANCHTHONIS ex autographo ad regem Daniae 1553. in tom. V. reliqui- ar. lib. II. num. 14.* lectu utilissima. Vnde facile est, ad plura intelligendum. Primo quidem, quod eo tempore nondum extiterit ulla lex de modo usurarum in *Germanico imperio*; deinde quod *legislatoris* fuerit illa mens; ne *impunias* traheretur ad *iustitiam* aut *ueritatem*: demum, ut hoc idem esset, siue moram traheret creditor siue obstrictus fuerit conuentione.

## DIFFERENTIA V.

## De usurarum temporis mensura.

R. I. usu-  
rae men-  
struae.

I. G. an-  
nuae  
aut sume-  
stres.

**I**ure Romano MENSTRVAE usurae fuerant in usu (1): quod in iure Germanico fieri non potuit uel ideo; quoniam illi annum dimidiarunt tantum, in hibernum tempus & aestuum; autumni & ueris, multo magis mensium ignari omnino (2). Inde hodieque magis attenduntur, in usurarum intervalis, NVNDINAE, plurumque semestris spatii (3).

## DEMONSTRATIO.

Ex men-  
struis usu-  
ris conse-  
claria.

I. G. eur-  
annus di-

(1) Illud quidem est manifestissimum: unde plurimis etiam dubitationibus accedit lumen. Principio centesima sortis pars non anni; sed mensis est unius. Deinde hinc computus rationum apud argentarios est *kalendarum*. Porro *unciaria usura* hoc idem, quam singulis *mensibus*, una *uncia* de uncis centum. Aliaque plura tam ex legibus, quam classicis Latii autoribus intelliguntur, abunde expedita a MOLINARO; SALMASIO; GRONOVO; NOOTDIO aliisque.

(2) Docet hoc TACITVS de M. G. c. 26. *annum ipsum non in ro-*  
*tundere*

zidem dixerunt SPECIES. HIEMS, VER & AESTAS in- midatus selectum ac vocabula habent; AVTVMNI perinde nonne ac tantum? bona ignorantur. Dubito de tempore uerno. Cum enim floribus non ita abundet patria, ut Italiae regiones & calidiora clima, uix crediderim, uer eas ab aestate distinxisse. Accedit, quod autumna Germanis porta aliaque obsonia adserat, maioris pretii, quam nostri climatis floruli. Taceo, quod, dimidiare annum, sit facilius; quam tripartire. Accedit narratio EGINHARDI quod demum, Caroli M. instituto & intelligere & nominare menses dicerint Germani.

- (3) Est hoc institutum Germaniae fere proprium; ut nundinae Semestri-  
seu Missae, Nessen, annuatim celebrantur bis in quibus- um nundi-  
dam emporii. Causa eius rei mihi uidetur haec: quod mi- narum  
nus secura essent itinera per Germaniae prouincias, ob la- causae.  
trocinia plura ante pacem publicam, aeterna demum lege  
statutam; cum ante esset illa temporis tantummodo definiti,  
in triennium, sexennium, plus minusue. Ut adeo oportet singularibus privilegiis munire peregrinatores, nundi-  
nas frequentaturos. Dupli sic poena dignus esset, qui uiol-  
asset nundinarum hospitem. Quemadmodum autem her-  
num & autunnale tempus commodissimum uidebatur esse,  
itinibus in Germaniam facientibus: sic etiam duae placuer-  
runt nundinae tempore eodem. Idque in duabus Germa-  
niae plagiis uersus orientem & occidentem, LIPSIAE &  
FRANCOFVRTI; ut illuc se conserre possint Porussi, Russi,  
Boemi, Hungari: huc autem Belgae, Galli, Angli, alii-  
que populi his uicini. Scio, NVNDINARVM PRIVILEGIA  
indulta etiam aliis extra hanc orbitam. Sed intellecta uolu-  
mus nostra de nundinarum celebriorum duobus emporiis.  
Quibus alia sunt celebria minus, licet iurium eorundem.  
HALA nostra nundinarum uetusiora privilegia haberet,  
quam ipsa LIPSIA; uerum primae urbis bella intestina inter  
familatores & alios ciues ita diminuerunt publicam fidem;

ut

ut ultima cresceret ex ruina primae. Addo, quod nundinarum anima sint argentarii & mercatores, domi ac foris, qui fidem habeant, in credendo ac debendo, ciuibus. His si caruerit urbs, exarescit prīnilegiorum uigor; nulla culpa largitoris. Ceterum est hoc incredibile propemodum; quod hodie in cortice haereant iudices; qui offenduntur uocabulo *Mes̄*, quod negant aliis urbibus, qui priuilegio augustali non sint munitae. Nam aliud est *Mes̄* in significatu simplici; aliud in *cūriāli*. Illud igitur porro non quid aliud uult, quam *mercatum*: ut ideo *privilegio* firmatae nundinae non simplices missae, *Messe* audiant; uerum sigillatim privilegiante *Messe* uel *Mes̄* & *Freyheiten*. Quo priuilegio hodie quidem opus porro uix est; postquam *pacta publica perpetuaria*, nostris in Germania *uisis* securitas est procurata. Ne indigeamus nos hoc genere priuilegii. Adeoque, re ipsa nundinae *Berolinenses Missae* sive *Mes̄* dicuntur; licet, nostri aeuī usu, vox sit paulo insolentior.

## DIFFERENTIA VI.

## Quid usuris ex mora &amp; conuentione.

I. K. usu-  
rae ex mo-  
ra in b. f.  
contracti-  
bus.

I. G. cel-  
tant pacto-  
rum &  
contra-  
ctum discri-  
mina.

*Iure Romano* usurae in bonae fidei contractibus ex *mora* debentur; non in contractibus stricti iuris, neque in *mutuo*. Vbi ne *pactum* quidem adiectum obligat; nisi solennia accesserint uel uerborum, uti in *stipula-  
tione* uel *litterarum*, uti in *chirographo* (1). In *iure Germanico*, intuitu *usurarum*, nulla inter bonae fidei & stricti iuris contractus attenduntur *discrimina* (2): in utrisque enim *mora* parit usuras. Quid? quod in bonae fidei negotiis, emto locatoque facilius usurae remittuntur; quam in ipso *mutuo*. Licet utilitas hu-  
ius

ius distinctionis, dummodo illa recte intelligatur, *forensis* formulae sit etiam nunc (3). Quod si rem trutina expenderis *bonae fidei* rectae rationis; ille, qui sibi uerbis aut litteris ipse pro- & stricti spexit, non opus habet, iudicis in iudicando *auxilio* *iuris*. & arbitrio, ex bona contrahentium fide, quid adden- Imo super- dum aut diminuendum sit. Acquiescit ille potius pacti sunt in fo- ro etiam nunc.

## DEMONSTRATIO.

- (1) In *mutuo usurario* duo sunt contractus. Vnus in *reddendo* I. R. di- illud, quod est datum: alter in *foenore*, addito pro usu for- stitutio- tis. Primum igitur mutuum dicitur *gratuum*; alterum *foe- mutui & neratitium*. In primo, quod nemo suum iactare praesu- *foenoris*. matur, restitutio *mutuatae* summae est aequitatis naturalis, adeoque non opus est uerbis aut litteris *re* tradita; licet ob- ligatio ad *mutuandum*, opus habeat alterutro, neque con- nventione sola aut pacto queat perfici. Hunc *simplicis mutui* Pacta de contractum siue b. f. dixeris siue st. i. parum refert: primum *mutu-* adfirmare poteris, quoniam, ex *aeguo & bono*, tantum, in ando in- quali & quanto reddendum, quantum est datum, nec minus quid neque deterius; alterum tuearis ideo, quod ad *mutuandum* nemo constringatur, nisi uel *stipulatione* uel *chirographo*, quae *stricti iuris* habentur. Ab hoc *mutuo* In *foenore* differt omnino *foenus*; seu conuentio, de plus reddendo, qui opus quam datum, id est, de soluendis praeterea *usuris*. Atque stipulati- one? ad hoc nonnisi *solennibus uerbis* aut litteris se obligare posse debitorem, per *intra Romana*, facile potest intelligi. Quod *pacta simplicia*, dicas gratia, non *serio facta* esse, uoluerint Romani quidem, ob eorundem *levitatem & uolubilitatem* animi & linguae: nisi in conuentionibus *privilegiorum*. Quas dixerunt contractus *consensuales*, id est, ex *nudo pacto* aut *simplice conuentione*, obligatorios. Quo ipso clarum est, *foeneratitium mutuum* semper esse *stricti iuris*,

Discrimi-  
na inter  
mutuum  
& foenus.

I.G. quin-  
cunes tam  
morae sta-  
tuit, quam  
conveni-  
oni.  
Non ta-  
men usu-  
ras adpro-  
batideo.

Apologia  
iuris de  
iustaresse  
1) cano-  
num.  
2) Ebrae-  
orum.

3) Reces-  
sum im-  
perii.

ris, id est, uerborum aut litterarum solennibus tantum perficiendum; nec quicquam sola ac simplice conuentione. Ratio alia esse non potest singularis, quam haec, quoniam mutuum esse debeat credaturque gratuitum; foenoris igitur accessio nouus contractus foeneratius. Qui; cum odii sit plenissimus, perficiendus ideo praescriptis uerborum aut litterarum solennibus. Contra in emto uendito, locato conductoque cum contractus ipse h. f. sit, etiam adiectum eius naturae pactum; imo si adiectum nihil, tamen bona fide, ob moram a debitore contractam, damuandum eum esse, ad creditorem faciendum indemnem, iudicis officio, arbitrario forte.

- (2) Agnoscent hoc scholae & curias in Germania. Sed eius differentiae iurium Latii & Germaniae indicandae causae. Principio enim in iure Germanico usuris foeneratius locus nullus fuit, quod superius differet. III. nota 4. & different. IV. not. 2. scriptum probatumque; ut adeo omne in patria foenus exulareret. Sed tamen ius canonicum, quantum interest, creditoris, pecuniae mutuatae usu caruisse, rationem habuit aequissimam cap. 9. X. de arbitr. atque cap. nn. X. de plus petit. frustraque ab aliis exsibilatam; cum christiana caritati admodum conforme sit, neminem alteri uel dannum inferre, aut inde fieri locupletiorem. Quomodo etiam IUDAEI sacri codicis prohibitionem de usuris, ab Israelite non accipiendis, ut differ. III. n. 1. uidimus, feliciter pieque euitant; si quidem debitor aut soluat usuras aut iurit, se cum pecunia nihil lucratum esse, de quo plenius in HALLENSIBVS DIVR NIS 1732. num. 12. p. 183. In his igitur ambagibus, quid facerent Germani in comitiis? MELANCHTHONE meo teste, non adprobarent usuras; sed interesset mutuaria pecuniae reduxerunt ad modum, id est, ad quincunces. Ita enim obuiam itum periuriis, de eo, quod interfuerit, pecunia uel caruisse uel, illa usum esse. Cumque alibi atque alibi commerciorum maior aut minor celebritas

&amp;

& frequentia, quincuncibus suis ad patriam nostram resper-  
terunt, uti tunc quidem tempora fuerant, taxando quanti-  
tatem eius lucri, quod Germanus habere posset ex usu pe-  
cuniae alienae. Atque hoc, siue quis ex mora ageret siue Sublati-  
ex conuentione: siue bonae fidei actione siue stricti iuris: discrimi-  
siue ex eo quod interest siue ex definita lege: siue mutui  
condicione siue palliato mutuo, emto censu: siue pecunia  
interueniente siue alia re fungibili: siue creditor persona esset  
siue uniuersitas aut pium corpus, cetera. Illud quidem ue-  
rum est; titubasse ordines Germaniae in comitiis religionis  
nimietate; quod docebit historica eorundem recensio. An.  
no 1500. in R. I. AVG. §. 31. von wucherlichen Contracten, Historia  
querelae tantum mouentur de usuraria pravitate sub tegu- An. 1500  
mento emti uenditi, cum pacto de reluendo. Sub quo et-  
iam latuit pactum antichreticum. Delswegen gebothen wird,  
darüber ziemliche Maass und Ordnung zu machen und keine  
Gefährlichkeit darunter zu gestatten. Id est, medica manu  
opus esse; sed medicinam cuique magistratui relinquendam.  
An. 1530. in REFORMAT. POLIT. AVGUST. art. XXVI. in usurari- An. 1530.  
os Iudaeos statuitur poena exilii; dagegen sich dieselbe mit  
ziemlicher Handthierung und Handarbeit ernähren sollen.  
Quod iterum sine ullo successu: quoniam operas praestare chri-  
stianis & recusent Iudei & horreant christiani. An. 1532. in An. 1532.  
R. I. RATISPOL. art. VIII. inscriptus quidem est: von Poli-  
cocy, wucherlichen Contracten, Iudenwucker und Mono-  
polien, quae mala eradicanda sint in omnibus Germaniae  
prouinciis. In quo instituto si quis ordinum fuerit negli- Fiscus ex-  
gens cunctatorque, FISCI imperialis ADVOCATVS aduersus citatus ad-  
eum excitatur. Prouocatur etiam hic ad R. I. Colonensem in dversus or-  
argumento eodem, in quo tamen nihil eius reperitur. An. R. I.  
1541. in R. I. RATISPOL. §. 76. 77. repetitur idem, addita An. 1541  
comminatione de aduocato fisci instruendo aduersus legum  
harum contentores. Quod satis graue est, in causa priuata.  
An. 1548. in REFORMATIONE POLITICA AVGUST. art. XX. est An. 1548.  
qui-

quidem inscriptus: *von Iuden und ihrem Wucher*, licet magis ille agat contra *simulatos contractus & emtionem rei furtiuae*, quam *mutuum & usuras*. *An. 1551. in R. I. AVGVSTANO* §. 78. 79. cauetur: ne Iudei usuraria chirographa uendant christianis. Vtrisque enim tum *actio negatur aduersus debitores*, imo debito cadere oportet utrosque. Sed nihil neque hic de usuris legimus; quod tamen nobis Melanchthon narravit, harum rerum consultor tum auctorque in comitiis. Vnde facile est ad credendum plus ibi decisum decretumque fuisse, quam scriptum promulgatumque litteris. *An. 1570. in R. I. SPIRENSI* §. 83. denuo inculcatur: ne camerae imperialis adcessores in dubium vocare permittant ea, quae aduersus VSVRAS in comitiis DECRETA olim saepius. *An. 1571. in R. I. SPIRENSI* §. 36. reperita prohibitio, in commutandis monetis exercere foenus, in uernacula, das eigennutzige wucherliche GESVCH (dubium an hoc uerbum respiciat differ. I. not. 7.) das hochschedliche steigern und auswechseln des Reichs-Münzsorten. *An. 1576. in R. I. Ratispon.* §. 80. recoquitur idem. *An. 1577. ORDINAT. POLITICAE FRANCOF.* tit. XVII. iterum inscriptus est: *von wucherlichen Contracten*. Summa eius capita sunt: *in keiner Handlung, auch NB. im Widerkauff mehr, als gebräuchliche fünf Gulden, addito, wie gebräuchlich, zu nehmen*. Ut adeo usu magis, quam lege foenus indultum fuisse uideatur. Noue tamen poena hic dicta transgressoribus usurariis amissio sortis quarta parte, den vierden Theil an seiner Hauptforderung verloren. Quieuit exinde diu foeneratitia historia: sed, bello tricennali finito, cum uniuersa fere Germania in aere effet alieno exhaustaque a milite peregrinao, grauerat & litigiosum de usuris argumentum. Hinc an. 1648. PACE WESTPHAL. art. VIII. §. 5. his uerbis cautum: *De indaganda aliqua ratione & modo, aequitati conueniente, qui persecutiones actionum contra Debitorum, ob BELLICAS calamitates, fortunis lapsos aut NIMIO VSVRARVM cursu ag-*

gra-

An. 1551.

An. 1570.

An. 1571.

An. 1576.

An. 1577.

Poena  
quarta  
sortis.

An. 1648.

grauatos; moderate terminari possit. Sequitur hanc prouidentiam an. 1654. RECESSVS nouissimus §. 174; licet AVLICI An. 1654. iudicij & CAMERALIS uota & consilia, quae requirere ideo debuerat imperator, omnino desiderentur. Summa autem comitalis decreti est haec: *Anreichend der künftige Zins's Vbi quis-  
(usurae) und interesse (ne quis de hisce dubitaret, ex cunces de,  
autoritate canonum), sollen von nun an, dieselbe seyn aus finitiae  
wiederkaufflichen Zinsen (quorum referri etiam debet an-  
tichrefis) oder vorgefreckten Anlehen (in mituo) herubrig  
und versprochen, (quo pertinent usurae conuentionales),  
iedoch nach Anweisung der Reichs-Constitutionen (interpre-  
tatione si non authentica, tamen usuali) und weiter nichts,  
als fünf pro cento, alle und iede Jahren (licet ultra alterum  
tantum) in verglichenen Terminen unfehlbar bezahlet und,  
im Falle des Saumsals, auf bloße Vorzeigung der Obligati-  
on, per paratam executionem, verfahren werden. Quod  
cum ita sit, frustra sunt, qui singunt, actum hic tantum esse,  
de usuris ob moram, non uero ob conuentionem. Licet enim  
uerba sequantur ibi haec: *ausgenommen, was zwischen den  
Gläubiger und Schuldner allbereit verglichen ist.* Nam ult-  
ima vox, *verglichen*, respicit terminum solutionis; non  
autem indulget licentiam, requirendi usuras, si ita conuen-  
tum, ultra quincunces. Ceterum noli succensere comitali- Venia co.  
bus hisce decretis: quod non magis sint aperta, in definier- mittialium  
da legitima quincunce. Nam neque olim neque postea tan- suffraga-  
tum animi habuerunt comitiales suffragatores; obuiam ire tortum in  
iuri canonico; quod omnes usuras damnat neque tamen ex- lubrico  
stimarunt, e re fore, excipiendo *interesse*, causam dare tri- sermone.  
cics & periuriis. Igitur maluisse uidentur cuiusque conser-  
ientiae relinquere rem ipsam; modo tamen definito illis, qui  
posthabent canones, quod MELANCHTHON nos supra docuit  
different. IV. not. 4. Multo minus illi discrimina Latii inter  
b. f. atque s. i. contractus attendere poterant; ne uel in pri-  
mo offenderent ad iuris canonici lapidem.*

Causae  
diferenti-  
nis iudici-  
orum b. f.  
& f. i.

Fictitiae.

Veræ.

(3) Est hodieque crux interpretum, quae *cansa*, qui *finis Romanorum* in *bonae fidei & stricti iuris contractuum differentiis*? Alii putant, ad FORMULAS hie respexisse Romanos, quas iudicibus pedaneis praescripsit praetor. Sed hoc nihil est dictum ideo, quoniam *cansa* potius aperienda sunt; quare praetor aliis *strictum ius* commendauerit; contra aliis *bonam* contrahentium *fidem*. Alij opinantur; a diuersis *iudicibus* rem hanc requirendam, quorum alii dati sint, ad iudicandum secundum *acta* probataque; alii ad *arbitrium*, uti euique ex *aequo & bono* uideatur. Sed illud ipsum est, quod requirimus, quare *iudicia* hie diuersa instituerit praetor? Plures sibi persuadent, cessare hic rationem; quoniam potius inhaerendum sit numeris uerbisque §. 28. 30. *Instit. de action.* commemoratis dicendumque ita *Iustiniano* placuisse. Verum quis tribuerit hoc imperatori, quod maluerit hic *imperio* uti, quam recta & idonea *ratione*? Neque desunt, qui, *negotiorum* uel *antiquitate* uel *frequentia* nodum soluere uolunt, quasi haec tantummodo uoluerint esse *bonae fidei*. Verum neque *temporum* interualla neque rerum *frequentia* conuertere debet *iuris* normam. Et quid saepius euenit; quam *pacata* uel *uerbis* uel *litteris* fieri: quae tamen nemo dixerit *bonae fidei*. Tum enim non quid *aequius melius* sit, est decidendum: sed quid placuerit partibus, unde nequit *index*, in ferendo sententiam, latum unguem discedere. Mea igitur opinione facile est, ad intelligendum causas *bonae fidei iudicij & stricti iuris*. Vbi enim actum in contractu sine *uerborum* aut *litterarum* schematibus; sed uniuersim, ut *aequius melius*, schlechter Dinges auf Treu und Glauben; ibi haud dubie *indicem* oportet ex *aequitate & bonitate* iudicare: contra ubi, quid fieri debeat aut non, siue *stipulando* siue *scribendo*, cautum expressumque, ibi iudex ad*strictus* est, sequi *pacata* conuentaque neque integrum porro est, transilire stateram &, quod ipsi uisum est *aequius melius*ne pronuntiare. Quod cum ita sit; nemo iam dubitare potest;

potest; quare ius Romanum, *verbales &c.*, ex causa eadem, litterarios contractus stricti iuris iudicis uoluerit accensere.

Atque hoc ipsum sana etiam ratio uult, ins naturae atque ex iure Germaniae iudiciorum usus forensis. Vnde porro liquet naturae & hoc: quod emtio uenditio, in quantum contractus ille perficitur solo ac simplice consensu, bona fidei sit: uerum, si uel <sup>Germaniae usit</sup> stipulationis aut litterarum formulae accesserint, in conuentiones transiro stricti iuris. Quod thema nuperrime ex instituto sacerdondimus in DIVVRNIS HALI ENSIBVS an. 1730. num. 41. (\*)

Quod tamen si opposueris hic aliqua: illud tum doceri potest, licet ins quod plura hic enormia sint, ex arbitrio imperantium statuta. R. deuia-  
ta, contra iuris ordinem. Quae enim constitutio esse potest <sup>uerit</sup> quando-  
insolentior hac, qua imperator in l. un. C. de rei uxoriae que,  
act. ex stipulatu actionem uxori indulget, sine stipulatione.

Nobis illud est satis: aperuisse nos, in nostra indagatione,  
huius discriminis limpidissimum fontem; licet riuius postea  
accesserint fordes.

## DIFFERENTIA VII.

Num usurae ex mora arbitrio iudicis taxandae; aut lege uel conventione?

In iure Romano vsvrae ex mora iudicis arbitrio relinquentur, ut ipsi uideatur, ex more regionis aut pro temporis (1) ratione. Imo attendendum aliquando id, quod interest creditoris (2). In iure Germanico utrumque cessat. Quoniam hic quoque usurae legitimae dirimunt litem; ne opus sit, uel bonae fidei uel arbitrio iudicio (3).

DE-

(\*) Typographicum ibi mendum est p. 736. Nam. l. 91. §. 3. D. de V. O. autoritate ctsi ita se habet: *Plerumque, FRAETEXTV AEQUITATIS, pernicioſe erratur.*

## DEMONSTRATIO.

I. R. usu-  
rae ex mo-  
ra iudicis  
arbitrio  
relietac.

Idemque  
interesse.

I. G. usu-  
rae ex mo-  
ra stricti  
iuris.

- (1) Clara est *L. I. pr. D. de usur. cum IUDICIO BONAE FIDEI disceptatur, arbitrio iudicis VSVRARVM modus ex MORE REGIONIS, ubi contractum est, constituitur.* Quod uero additur: *ita tamen, ut LEGI non offendat, id est, ne excedat legitimae usurae definitam summam: illud putant Iustinianos compilatores addidisse.* Quoniam in *l. 26. eos C. de usur.* hoc, nouo instituto, inculcat IUSTINIANVS his uerbis: *nec liceat iudici memoratam AVGERE TAXATIONEM, occasione CONVENTUS IN REGIONE obtinentis.* Ubi imperator sibi hoc tribuit: *quod ueterem duram & grauissimam usurarum MOLEM ad MEDIOCRRITATEM deduxerit.*
- (2) Etiam IUSTINIANI haec prouidentia est, in *l. un. C. de sententiis, quae pro eo, quod interest, proferuntur:* ubi tria vult imperator, primo, ut iudex respiciat ad id, *quod interest*, si debitor sit in mora; deinde *creditoris* damnum non excedat *duplum*; denique si illud sit maius, *clare* illud doceatur, non inanum specie. Frustra sunt, qui hanc imperatoris prouidentiam uerbis impetrunt ideo: quoniam illa mater foret tricarum & contentionum sine fine. Nam libido creditoris facile reprimi potest iudicis *arbitrio*; uti in aliis omnibus euenire solet causis; quae sunt *bonaef. aut arbitrarii iudicis.* Scio aliquem iureconsultum scripsisse: ex *centum actionibus eius, quod interest, uix unicam actori profuisse: sed contra sensit alter, pariter usu forensi doctus, quod ex centum creditoribus causa hac ceciderit uix unus & alter.* Dixi sententiam egomet quoque, ad *leges cum Ebraeorum; tum sacrorum canonum in HALLENSIEVS DIVRNIS 1732. num. XII.* pag. 182.
- (3) In iure Germanico enim non opus esse hic uel *arbitrario* uel *bonae fidei iudicio*, claris uerbis definit REC. IMP. nouissimus 1654. §. 174. quae sunt haec: *Anreichend die künftige ZINSS und INTERESSE* (adeoque inter VSVRAS & illud, quod

IN-

INTEREST, nullum fungi debet discrimen) sollen, von nun an, dieselbe, sie seyn, aus widerkäuffischen Zinsen oder vorge-strecksem Antehen, herrübrig und versprochen (CONVENTI-  
ONI igitur foeneratiae hic locus nullus) weiter nichts, als  
fünff pro cento, alle und iede sahrend, bezahlet und, im Falle  
dieses Saumsals, (quod uerbum interestle MORAE respicit) wi-  
der den schuldiger verfahren werden. Quod cum ita sit, Inde di-  
in sententia ferenda, super usuris, ex MORA debitibus, stricti scrimina  
iuris iudicio est opus. Deinde idem hoc tenendum; licet prius,  
conuentione partes hunc modum uelint excedere. Praeterea alterum,  
nulla inter contractus b. s. & s. i differentia. Porro cum  
INTERESSE & usurae eodem loco censuque definitae sint: iu- tertium,  
dici manus in utroque ligatae esse, uidentur. Adeoque &  
Ebracorum & canonum atque ipsius iuris Romani autoritas  
circa id, quod interest, si non sublata prorsus; certe non  
leuiter concussa & conuulsa. Licet usus forensis, inter mer-  
catores & argentariois praesertim, contrarius forte sit. Si-  
quidem creditor damnum ex mora ei temere illatum, queat  
docere & iudicii fidem facere. Num uero, uti L. I. D. de  
usur. uult, mores regionis in usurarum quantitate respici quintum.  
debeant in Germanico imperio, pluribus uidetur dubium  
ualde. Mea opinione, cum ipse R. I. Ratisp. 1654. § 170.  
agnoscat; principum imperii etiam hic attendendas consti-  
tutiones; uti uerba se habent: Zum zweyten: demienigen  
ebenmäsig nachgelebet werden solle: Was Churfürsten und  
Stände in ihren territoriis, nach deren, ihnen am besten  
bekannnen Zustand, wie es in Credit-Sachen unter ihren  
Unterthanen und Burgern zu halten, verordnet oder wei-  
ter verordneten möchien: ego quidem non video causam ido-  
neam ullam, ea de re etiamnunc dubitandi. Licet lubrici id  
iudicij in imperii tribunalibus sit: usurum ultra quincunces  
promissae usurae soluendae ideo, quod more regionis, id  
est lege provinciali, semisses, septunes aut besses sunt adpro-  
batae.

D

DIF.

## DIFFERENTIA VIII.

## Quid de usuris specierum?

**I**n iure Romano si quis mutuo dederit fruges, humidas uel arentes, licuerat usuras accipere, pro duobus modiis tertium (1): in iure Germanico illud uideatur nimium, adeoque ne tum quidem licuerit excedere quincunces (2).

## DEMONSTRATIO.

I.R. usurae specierum tertia sortis.

Deinde centesima-

(1) Clare & definite concepta L.i. C. Theod. de usuris, uerbis, quae sequuntur: *quicunque FRVGES, indigentibus mutuas dederint, usurae nomine TERTIAM partem superfluam consequantur, id est, ut, si summa crediti in DVOBVS modiis fuerit, TERTIVM modium amplius consequantur.* Quae lex ad solas FRVGES pertinet. Nam, pro pecunia, ultra centesimas creditor uetatur accipere. Licet autem correxerit hanc legem IVSTINIANVS in constitutione singulari, l. 26. §. i. C. de usur. in SPECIEFRVM (frugum, olei, uini) soenordinationibus usque ad centesimam solummodo licere stipulari nec eam excedere, licet VETERIEVS LEGIBVS hoc erat concessum. Frustra interim est ratio, quam HIERONYMVS in Ezech. lib. VI. c. 18. prodit: *dedi VXXVI modium, qui satus fecit DECIM modios, non iustum est;* ut medium MODIVM de meo PLUS accipiam? Nam inanum specie laborant arguiolae, iuxta fruges, in aliis fungibilibus, upote oleo, uno, cetera. Deinde quid si eveniat casus sterilitatis? Porro quid si debitor tale quid non ad semen spargendum; sed ad habendum uictum mutauerit? Et si lucrum debitoris in causa tantarum usurarum: cur non idem habuerit locum in pecunia?

(2) II.

- (2) Illud est singulare; quod *Theodosianum codicem*, uti in L. WEST. alii causis pluribus; sic etiam in hac securi sunt WESTGO- GOTH. ter- THI. Codicis membranacei uerba recitauit superius in diff. tia puri- II. not. 3. p. 7. Verum enim uero iniquissimum hoc esset, to- ter. Quae I. G. lerare in patria nostra. Non solum ideo, quod ne quidem iniqua idonea ratio adpareat in ueteri Latio: sed etiam, quod Germani proflus, niae agri non ita foecundi sint, ut conferri queant cum ferti- lissima Italia. Quid? quod agricultura etiam nostra requirat maiores longe, quam isthic, impensas. Demum uti *Iusfi- nianea* apud nos regnat iurisprudentia, quae modum ha- rum quoque usurarum reduxit ad centesimas: loco autem earundem solae *quincunces* apud nos legitimae: sic nuper VSVRARIAE prauitatis damnauiimus *praefectum*, qui, in mu- tuando fruges (das Samenkorn), excessit hunc modum one- rauitque hac mole agricolas.

## DIFFERENTIA IX.

## De usuris post rem iudicata?

*Iure Romano*, post rem iudicata, debitor, si moras traxerit in soluendo, ad *duplicatas* tenetur *usuras*, idque in poenam, quod non paruerit (1). In *iure Germanico* uti poena *dupli* cessat alias: ita hoc etiam casu debitor non habet, quod sibi metuat porro (2).

## DEMONSTRATIO.

- (1) Amplissima est L. I. C. *Theod. de usuris rei iudicatae* his I. R. ex uerbis concepta: *qui, post IUDICII FINEM, exceptis duobus iudicato mensibus, MORAM adferent solutioni, in DUPPLICIVM CEN-* duplices TESIMARVM conueniantur *usuras*. *Vt, quia MALAE FIDHI usuræ. POSSESSORES in fructus duplo conueniuntur; aequæ malae fidei*

- fidei DEBITORES simile DAMNI periculum persequatur. Sed tamen CREDITOR moram CONTESTARI debet.*
- I.G. non est dupli poena. (2) Principio enim in iure Germanico, si quid pars deliquerit in *indicis autoritatem*, in poenam occurrit, non pars soluendam; sed *indicti ipsi*. Adeoque illi satis esse debet *executio* sententiae, sumptibus debitoris morosi. Quod idem, in *malae fidei* possesore, pariter est repetendum. Illud uero, usu forensi receptum, quod eo casu currant *usurae* ultra alterum tantum.

## DIFFERENTIA X.

De *usurarum* diuersitate, intuitu diuersitatis *creditorum*.

IUSTINIA-

NEA CON-

stitutio de  
usuris1) Sena-  
torum &  
illustrium.2) merca-  
torum &  
opificum.3) nauta-  
rum.4) cetero-  
rum;sub nulli-  
tatis poe-  
na.

IVR. GERM.

in usuris

1)princi-  
pium.2) subdi-  
torum.3)merca-  
torum.

**I**n *iure Romano*, pro respectu personarum, foenus exercitum, etiam diuersi fuerunt *usurarum modi* (1). Nam *SENATORIBVS* principio *interdictum*, foenerari (2); deinde induluae illis *usurae semisses*; post trientes tantum uiris *ILLVSTRIBVS*. Verum *MERCATORIBVS besses* fuerunt licitae (3) atque in *TRAJECTITIA* pecunia & mutuo *SPECIERV M*, *centesimae* (4). Hominibus uero aliis quibusque *interdictum*, stipulari *usuras ultra semisses* (5). Alia tamen poena non statuta, quam contractus nullitate (6). In *Germanico iure* principio ne quidem *principes & magnates* retinet pudor, foenus exercere (7). Deinde tenentur omnes imperii subditi eodem *usurarum modo*, *quincuncibus*; in quibus prouinciis, quod in quamplurimis evenit, illae non prolatae sunt ad *semisses* (8). Sed *mercatoribus* concedi solent *besses* (9); imo in quibusdam regionibus *centesimae*

4) trape-

zitrum,

5) Iudeo-

rum.

6) in nan-

tico foe-

nore.

fimae trapezitis & Iudaeis (10). Traiectitiae pecuniae zitrum,  
aut nautico foenori nullus modus statutus: quod peri-  
culorum genera diuersa sint immensaque (11). Ut <sup>rum.</sup>  
frustra sint argutiae IVSTINIANI.

## DEMONSTRATIO.

- (1) Spem fecerat, non expluerat tamen litteratissimus SALMA- IVSTINIA-  
SIVS in praef. operis de modo usurarum, libri singularis, de nvs usu-  
VSVRIS IVSTINIANEIS; quem post primum de usuris atque rarum mo-  
alterum de modo usurarum, sit tertio loco edendus. Haud <sup>decorator.</sup>  
dubie herba ei porrígenda foret tum in rebus, facientibus ad hu-  
maniorem iuris artem. Est autem locus classicus in L. 26. C.  
de usuris; ubi diuersis hominum generibus usuras etiam sta-  
tuit diuersas. Quem illustrabimus.
- (2) Unde facile est ad intelligendum; quod rem foeneratitudinem I. R. usu-  
Romani habuerint turpi loco indignoque senatoria aut pur-  
purata dignitate. Causa fuerat haec: quod ciuibus Romanis dedecus.  
congruum magis fuerat, innumeras seruorum cohortes coe-  
mere & alere, unde dominis immania lucra; quam, mutu-  
ando nummos, diuitias quaerere. Atque hinc *usuraria in-*  
*terdicta* aduersus magni nominis ciues & rerum administros.  
Principio de ALEXANDRO SEVERO supra diff. IV. not. 1. p. 10. Senator-  
audiuimus LAMPRIDIVM cap. 26. quod ueterit, senatores rum.  
foenerari; sed, gratis dando mutuum, specimen edere ge-  
neroae indolis & liberalitatis. Indulsit tamen illis munuscum  
accipere ideo (\*); quod postea pariter fuit sublatum;  
eius loco, surrogata semisse. Mouit hoc IVSTINIANVM; ut  
in l. 26. C. de usur. praeciperet hoc idem suis rerum admini-  
stris:

D 3

(\*) PRISCIANVS in libro de ponderibus: *siliqua est; quod dicunt Graeci*  
*n̄parior uel Aeris.* Et Romanis est uniuscum qualibet res navicu aut  
monusculi genus. Amplior est ISIDORVS lib. XV. c. 24. *Siliqua est*  
*XXIV. pars solidi, ab arboris semine vocabulum tenens. Scrupulus*  
*VI. siliquarum.*

*Illustrium & superillustrium.* stris: ideoque iubemus, ILLVSTRIUS quidem personis suis eas PRAECEDENTIBVS (superillustribus) minimis licere, ultra TERTIAM partem centesimae (trientem) VSVRARVM nomine, in quocunque contractu, nili vel maximo, stipulari. Accessit forte superioribus causis etiam haec: ne quid fieret per simoniae aut concussionis crimina.

*Negotiato.* (3) Verba IUSTINIANI in l. 26. C. de usuris sunt haec: *Ilos, qui ERGASTERIIS praesint vel aliquam liceam NEGOTIATIONEM gerunt usque ad BESSEM centesimae.* Ergasterit nomine utitur imperator Graecus, pro quo Latini tabernas, officinas aut opificinas dicent. Haud etiam trapezitis aliis idem usurarum indulgendum. ISIDORI explicatio est lib. XV. c. 6. haec: ERGASIERIVM locus est, ubi OFVS aliquod FIT. Graeco enim sermone ἐργάσιον operor significat. Et de uestro negotiationis idem lib. XVIII. cap. 15. ita differit: NEGOTIUM, quasi NEC OTIVM. Negotium autem est in GAVSIS, NEGOTIATIO IN COMMERCIIIS dicitur. Ubi aliquid DATVR; ut maiora LVCRENTVR.

*Traiecti.* (4) De TRAIECTITIO foenore nautico disponit l. 26. C. de usur. his uestib: *in TRAIECTITIIS contractibus vel SPECIERVUM foenori dationibus usque ad CENTESIMAM licere stipulari NEC eam EXCEDERE, licet VETERIBVS legitibus hoc erat concessum.* Vix adsequi licet coniecturis; quid mouerit imperatorem, ad uela contrahendum in nautico foenore. Nam periculum in alterum transferre, ab eoque in se suscipere, pretio statuto, quaeo quid habet iniqui? Quare usurarum ideo modus olim sine fine, teste PAVLO recept. sentent. lib. II. tit. 14. §. 3. Sed tamen permanet imperator in suo interdicto etiam post in nouella 110. abrogata nonella 106. quea centesimas excedi permiserat. Fateor esse hoc noxiun ualde in commerciis. Quis enim pro his usuris, legitimis olim, suscepit in se pericula naufragii & piratarum? Debitori ita nocetur, non creditori, quem ille pro tantillo lucello non

non repererit. Exsibulant igitur hanc constitutionem rei nauticae periti.

- (5) Claudiatur demum *L. 26. C. de usur.* quemadmodum sequitur: *Hominum Ceteros autem OMNES homines DIMIDIAM tantummodo cer-* aliorum. *resimae, usurarum nomine, posse stipulari & eam quanti-* tatem usurarum etiam in aliis omnibus CASIBVS NVLI O modo AMPLIARI, in quibus citra stipulationem exigi usurae solent. Nec liceat IUDICI memoratam angere taxationem, occasione CONVENTU<sup>NI</sup>IS, in REGIONE obtinentis. Inter nimium & parum igitur medium placuit IUSTINIANO. Quod eo quidem liberius facere potuit: cum in noua Roma pridem desierant partium studia pauperculae plebis & patritiorum opibus abundantium.
- (6) Finitur *L. 26. C. de usuris* sanctione: *si quis autem aliquid poena contra MODVM HVIIS fecerit constituturus, NVLLAM peni-* usurariae *tus de superfluo habeat ACTIONEM: Sed &, si acceperit, in nimietatis.* SORTEM hoc IMPUTARE compelletur. Idque siue palam hoc fiat siue machinationibus creditorum, si quid sub munusculi aut siliquae tegumento acceperit aut praeripuerit de sorte, nul- litatis causa est eadem. Nihil hic de infamia, nihil de amissione quartae partis in sorte. Satis fuerat hoc, in stipu- latione maioris usurarum summae, actum esse nihil.
- (7) In mores iuit Germaniae nostrae, imo uniuersae prope- I. G PRIN- modum Europae: ut imperatores, reges ac principes rerum- CIPES & que publicarum regnatores, pro temporum felicium infeli- RESPUBLI- ciuum rationibus, mutua pecunias dent accipientque neque CAE in fo- gratis; sed pro usuris, non quincuncibus non solum; ue- more. rum, in bellorum praesertim iniuriis, impensas, sine mora, exigentibus, certesim & ultra. Idque sine ullo dedecore, pudore ac uerecundia. Quod si euenerit hoc in principe Germania; iterum iterumque requiri solet: num hoc fieri possit iure, an iniuria? Qui ultimum ruentur, illi prouo- care solent ad imperii COMITIALES RECESSVS in differentia gentium VI. quinceuncio?

Rationes  
dubitandi

decidendi.

Repositio  
ad dubita-  
tiones.

*VI. nota 2. p. 18. 19. 21.* recensitas ordine. Imo ad l. 26. C. de usuris, ubi personis illustribus & superillustribus indultae sint tantummodo trientes, id est, quatuor pro centum in sorte. Addunt in R. I. Ratispon. 1532. atque 1541. clare praecipi; ADVOCATVM fisci imperialis excitandum aduersus harum legum violatores. Quid? quod in R. I. SPIRENSI 1570. §. 83. grauiter iniungatur camerae imperialis ad sefforibus; ut, in sententiis ferendis, tueantur leges imperii aduersus usurarios. Tandem etiam sit eis statuta poena, in amittenda fortis quarta parte. Ad extreum in DEPVATAT. RECESS. 1600. §. 139. illud porro decisum: quod etiam valere lex debat in eo, quod interest, *ein gewisses, loco interessé, zu statuiren.* Verum enim uero contra sentiunt alii; standum in hac principum causa paetō conuentoque; ut, quod semel promisum, debeat praestari & solui. Idque rationibus firmare solent, spernendis necquicquam. Princípio enim; quod a republica & principe fiat; illud consulte factum esse, sit credendum pro publica salute. Quae suprema lex sit. Deinde si necessitas urgeat principem; hanc omnes leges nincere. Porro cum principi rerum administri non desint, frustra opponi leges, priuatis scriptas, qui facile queant circumueniri. Praeterea si princeps non stet promissis, fidem ei habiturum neminem, qua tamen difficilius ille careat, quam priuatus. Post, si integrum sit principi, usurarum modos nunc contrahere; iterumque proferre inter subditos; quidni idem licuerit sibi ipsi. Neque obesse ad primum RECESSVS IMPERII de quincuncibus non excedendis. Nam has leges sacras & sanctas esse in subditis; quorum negotia priuata respiciat: non publica principis ac reipublicae. In altero autem pueriliter agere iureconsultos; si principes imperii, regalibus & iure legislatorio instructos, conferre au-deant cum Romanorum imperatorum aulicis ac purpuratis administris: qui a domini sui pependerint nutu, instar feruorum.

uorum. *Tertium* argumentum, intentatum aduersus illos, qui nolint *foeneratoribus* in suo territorio ponere modum. *Quartum* mandatum, cameralibus iniunctum intra *limites* constringendum *legis* ipsius, quae respiciat negotiaciones priuatorum. Atque in has *quintum* poenas statutas tantum. *Sextum* laxare potius *modos usurarum*, quam stringere. Ita enim uerba RECESSVS 1600. §. 138. concepta esse: da dem creditori solch funff Gulden nicht annehmlich, sondern er vermeinen wölle, tam ex lucro cessante, quam damno emergente, NB. ein mehrers zu fordern: dass ihme alsdann sein GANTZ INTERESSE zu dociren, gebührlich zu liquidieren und zu besiehenen, und der richterlichen Erkänntniß darüber zu erwarten, unbenommen seyn solle. Atque hoc re uera asylum est creditorum principis. Quotus enim quisque est inter priuatos, qui tantam pecuniae *uim* in arca habeat; ut principi *centum millia* & ultra mutuo dare queat? Potius, hoc casu, creditor ipse ab aliis mutuat, *argentariis*, *negotiatoribus*, *indaeis*, quibus si ipse soluerit *besses uel dodrantes* aut ultra: quaeſo! quam facile fuerit creditori ad agendum & docendum id quod *interest*. Idque ex superioris RECESSVS indulgentia?

- (8) Plures sunt, qui, etiam in *Germania*, malent calculum *semifissi*, ex iure *Iustinianeo*, retentum fuisse olim. Cum negotiatio*nis* in patria ea nunc sit ratio; ut, emendo uendendo, que, tantum lucri parere queat pecunia adeoque uersura eius mania, eodem pretio fit aestimanda. Quapropter etiam in *Pommeriae* regis prouinciis, in *Saxonia* porro ac *Brunsvicensi* ducatis, bus ille calculus sit receptus ac definitus lege. Quod tamen Num scuelim intellectum de *usuris conventionalibus* tantum; si au- tem inter partes actum nihil, tum quidem, mea opinione, standum lege imperii, *quincunciali*, quod tutus sum in HAL- LENSIBVS DIVRNIS an. 1732. num. 12. p. 179. Illud uero, in imperii supremis tribunalibus, est ambiguum: *num ita quo-*

quoque pronuntiandum in semifibus stipularis? Ita quidem ego iudicarem; quod in causis priuatis leges imperii cedant legi prouinciali.

De usuris  
mercato-  
rum.

(9) Olim in Germania mercatorum uel nullam uel parvam *negotiationem* fuisse, supra differ. II. not. 2. & differ. IV. not. 2. est dictum. Sed hodie docendum ex aduerso. Quo igitur mercatoribus *uersura* lucrosa magis: eo etiam *usurae maiores* illis indulgenda atque a creditoribus eorundem expectandae. Praesertim quod nulla sere *negotiatione* periculo uacet. Inde uulgi sermo: *Wer nicht trugt, gewinnet nicht.* Edicta Belgica de centesimis multories indulxit in *negotiatione* laudant ZYPAEVs lib. IV. iuris Belg. tit. de usuris p. 128. Sim. van LEEVVEN in *censura forensi* lib. IV. c. 4. GVDELLINVS de *ire nouiss.* lib. III. c. 3. in plenisque Germaniae prouinciis *mercatoribus* induluae *besses.*

De usuris  
argentari-  
orum.

(10) Ratio est haec: quod *argentarii* & *trapezitae* non proprios aliis nummos credant; sed alienos plerumque, quibus & ipsi soluere teneantur usuras, quandoque graues sat, ne fidem, semel fallendo, amittant. Ne igitur opera eorundem mercede careat; illis, in exercendo foenore, longiores omnino relinquendas manus. Quod Belgii exemplis probat ZYPAEVs in *notitia iuris Belg.* lib. IV. de usuris *O nautico foenore* p. 127. 128. dummodo eiusmodi mensae foenebres, die Wechsel-Bäncke und Lombard, a Longobardorum moribus requisitae ac denominatae, munitae sint priuilegiis. Qua indulgentia & centesimae sunt licitae. Quamuis magis *impunes* illae sint & in ciuili nexu; salua *canonum*, conscientiae intuitu, autoritate & poenis ecclesiasticis non sublati. Quae inter *euangelicos* uel fieri non debent uel facta non punienda, praeter rationem.

De usuris  
in *traiecti-*  
*ta pecu-*  
*nia.*

(11) Fateor, uix adsequi licet coniecturis; quid mouerit *IVSTI-  
NIANVM*, ad contrahendum uela in *foenore nautico*. Nam est hoc instar *emtionis spei* aut retis, hamae uel aleae iactus.

De-

Deinde neque hac *prohibitoria lege* consultitur uel *creditori* uel *debitori*; imo nocetur utrisque. Primo quidem ideo, quod nemo se ingesturus sit, *magnō* periculo, ob *parium lucrum*: alteri autem, quod, deficiente creditore, maritima negotiatio uix unus aut alter instituturus sit, suo *soliū periculo*. Unde is facile potuerit, uno casu naufragio que, depauperari. Hodie praesertim; ubi *nauigia* non tantum *maribus* solent committi; uti Romae aut Constantiopolis quondam: sed etiam ipsi *oceano*, parum cognito uel Romanis uel aliis populis orbis uniuersi. Ut adeo uel haec causa satis sit; ad deserenda castra *Iustiniani*. Res ipsa igitur loquitur estque illud forensi usu probatum eorum, qui *nauticū* foenus exercent: quod; in his casibus, cesserunt usuarum modi, definiti lege. Cuiusque potius conuentioni illud relictum; quid, in hisque maritimis fortunis, uel sperare uel desperare uelit. Hinc etiam, suo iam tempore, PAVLVS lib. II. tit. 14. §. 3. sano iudicio ita sensit: TRAIECTITIA pecunia, propter PERICVLVM creditoris, quamdiu nauigat nauis, INFINITAS usuras recipere potest. Belgas hic praecipue audiendos esse puto; quod eius reipublicae anima sit *maritima negotiatio*, in *oceano* parum cognito. Quamuis, hoc casu illi, qui *traiectitium* foenus exercent, plerumque aliis contractuum nominibus utantur, ASSECVRATIONIS uel BODEMERIAE. De quibus Hug. GROTIUS in *introductione iuris Belg.* lib. III. part. 10. & 11. van Verbruycklenung ende Woeker atque van Bodemerye; LOCCENIVS de iure maritimo lib. II. cap. 6. STRACHA de *assecuratiōnibus*; ROSEBOOM costument van Amsterdam cap. 52. CHRISTINAEVS vol. I. decis. 293. Taceo alios. Idem dicendum, si etiam pecunia per terrestria loca, transferenda, uis parum securis a latronibus aut hoste.

## DIFFERENTIA XI.

## Quid de usuris ultra sortem?

IVSTINIA-  
NVS modi  
usurarum  
arbiter.  
Constitu-  
tio alterius  
tanti,  
Iuri Ger-  
manico  
aduersa.

In iure Romano, uti IVSTINIANI, in usurarum definiti-  
onis modis, opera prorsus singularis (1): sic et-  
iam eius constitutio, qua prohibuit, usuras stipulari aut  
soluere *ultra alterum tantum sortis*, omnino noua est (2)  
parumque conducens reipublicae (3). In iure Ger-  
manico haec ipsa eo est iniquior; quo magis usurae re-  
ductae sunt ad id, quod est minimum, *quincunces* (4).  
Egit hoc ipsum interpretes in transuersum. Ut legem,  
in *altero tanto*, acciperent pro spatio usurarum *anni uni-  
us* (5). In quo licet errauerint illi turpiter: patriae tamen  
iureconsulti tantopere eandem limitarunt legem ideo:  
ut exceptions regulam superent & eneruent (6). Can-  
dor itaque maior illorum; qui istam Latii prohibitio-  
nem uel nunquam receptam uel pridem abrogatam  
esse, censem fori usi (7). Quod ultimum etiam nos  
tuemur ratione & autoritate imperii tribunalium.

## DEMONSTRATIO.

Num pro-  
bibitio  
iam Ulpia-  
ni?

- (1) Sunt quidem graues dubitandi causae; num IVSTINIANVS  
fuerit huius *prohibitionis* autor? Principio enim in L. 26. si  
*non sortem* §. 1. D. de condit. indeb. habentur uerba: *supra*  
*DVPLVM autem usurae nec in STIPVLATVM deduci nec EXIGI*  
*possunt*. Verum uti ueteres interpretes hoc intellexerunt de  
eo tantum casu, quo unius anni usurae *ultra alterum tantum*  
*sortis stipulatae*: ita interpretes humaniores alii contra exi-  
stmarunt; compilatores Iustinianeos hoc, ad sensum princi-  
pis sui, ita Ulpiano adfixisse. Deinde urgent alii sententiam

Pau-

PAVLI lib. II. tit. 14. §. 2. SVPRA CENTESIMAM solutae sortem Pauli? minuntur. Quod Anianus ita accipiat explicitque: *in pecunias CREDITIS, cum solutio usurarum SORTEM AEQUAVERIT, Aniani? si quid AMPLIUS creditorι datum fuerit, de CAPITE (\*) debiti substrahitur. Si uero & CENTESIMA & CAPUT impletum est, quod AMPLIUS creditor acceperit, reddere debet debitori.* Fateor ultimi uerba facile trahi posse in hunc sensum: quod ultra alterum sortis nequeant usurae praestari aut exigi. In rebus autem obscuris uti coniecturae est locus; sic nobis etiam hic licet opinari. Principio illud uerum est; PAVLI Neutrū uerba explicanda esse ex ipso Paulo. Sed ille in loco eodem largimur. §. 4. ita sentit: *usurae, quae centesimam excedunt, per errorem solutae repeti possunt.* Quod idem est illud, quod in §. 2. enuntiat: *usurae, supra centesimam solutae sortem minunt;* & *consumta sorte repeti possunt.* Nihil hic de usuris ultra alterum tantum temporis successu, praestitis aut praestandis. Quod etiam agnoscunt uiri doctissimi CVIACIVS & SCHVLTINGIVS & recte. Quid autem de barbaro interprete ANIANO? aut coecus & bardus & stupidus ille fuit aut, insana & mala mente, Pauli sententiam detorquere uoluit in alios sensus. Manet ergo haec uel gloria uel supersticio, in *usurarum altero tanto* prohibito, penes IVSTINIANVM.

- (2) Inculeat hoc, ut fieri solet in *legibus*, extra rationis & iuris Constitu-naturalis normam, latis, semel iterumque. Nam principio in tiones IV-L. 27. de usuris C. de usuris clare ac definite praecepit: *cursum STINIANE* (qui est plurium annorum) *insuper usurarum ultra DVPLVM* l. 27. C. de *minime procedere, concedimus.* Deinde in NOVELLA 121. ubi dolet, legem hanc torqueri in alios sensus, aperte scribit: *cum LEGES nostrae nihil ultra DVPLVM sortui uelint & in eo solum a PRIORIBUS differant, quod illae quidem debita usque ad DVPLVM sistant, si NULLA SOLVTIO facta sit; nos uero* Nouell. 121. ad-

(\*) Est hoc in uernacula idem, die *Hauptsumme*, das *Capital*; *Hauptsul*, cetera.

admittamus; ut PARTICVLARFS etiam solutiones debita soluant, quae usque ad DVPLVM fiunt: sancimus; ut secundum hoc COMPTATI O fiat S, si illi soluant, quantum MILLE aureis DEEST, foeneratitiam quoque 600. aureorum recipiant, ne DEBITVM ex hac causa SAPPIVS exigatur. Praeterea in NOVELLA 138. repetitur sanctio eadem: ne quis usurpas, licet per PARTES solutas, ultra DVPLVM sortis uel promittat uel exigat. Ut adeo nullae ad effugii latibula super sint causae; quicquid, de nimio legis rigore, possit, per ratiocinia aequi & iusti, in arenam produci. Repetit idem HARMENOPVLVS lib. III. tit. 7. §. 6. ex eiusdem iuris promptuario.

Nov. 138.

Retractatio  
rio legis in  
Non. 160.

(3) In iure voluntario locus nullus ratiociniis. Stat pro his platicum legislatoris. Sed tamen, si status temporis, quo scripsit Iustinianus, cum nostro conferatur; spes mihi certissima; ipsum imperatorem aliter sensurum, si quidem manes eius lieuerit, in nostra iudicia, reuocare. Eo fidentiores sumus in hac spe: quo clarior est NOVELLA 160. in qua superiores leges ita ipse declarat, ut tantum non illas reuocare uidetur. Causa fuerat haec: *Debet aliquis ciuitati LEGATVM, cuius annuatim redditus vsvras. Quas putat periisse; quod AEQUAVERTINT sortem. Respondet imperator LEGEM suam luc non esse trahendam.* Sed cur quæso? Audi ratiunculas. Quia primo hæ similes redditibus sint annuis. Sed hoc testamentum inuolui omne mutuum diuturnum poterit. Praesertim quod, ipsius legislatoris iudicio, *similes tantum; non autem re uera anni reditus sint.* Deinde, quod *cives debeat;* quorum officium sit *parriam fouere, non laedere.* Sed iure suo utens nemini facit iniuriam. Porro, quod ita calefactio nes balnearum nequeant fieri. Sed nemo obligatur alterius commoda promouere suo damno. Deimum, quia eadem cura esse debeat *ciuitatis, quæ fisci.* Sed lex superior uniuersim concepta est in usurarum genera quaeque. Summatim, consultum magis fuisset; *ciuitatem privilegio munire:*

quam

Ratione  
parum  
idonea.

quam male philosophari, torquendo legem huc illuc. Exemplum id esse potest: quod lex rectius careat prooemio.

- (4) Decreta comititalia collecta habes in *differ. VI. not. 2.* Decreta  
 (5) Illustria barbarae iurisprudentiae nomina ACCVRSH; IASO- R. I.  
 NIS; de CASTRO; SALICETI, imo BARTHOLI & BALDI con- Interpretatio  
 gessit recensuitque *Ioan. Pet. SVRDVS in consilio 302.* quod *usualis*  
 ualde est momentosum. Et ita creditum, doctum iudica- *contra Iu-*  
 tumque fuit, inde a tempore instauratae in Italia iurispru- *stinianum.*  
 dentiae Iustinianae usque ad tempora *Guilielmi IVDAEI*,  
 qui primus ostenderit Iustiniani mentem esse hanc; quod de-  
 bitor, qui tam diu soluerit usuras, ut illae superent sortis  
 summam, non obligetur, illarum aliquid soluere porro.  
 Adeoque satis tum fore, restitui, *sortem seu caput*, das *Ca-*  
 pital oder den *Hauptthal*, idque prodit *Part. II. ad lib. 48.*  
*D. tit. 4. p. n. edit. Paris. 1536. f.* Idem eodem fere mo-  
 do aduertit *ALCIATVS lib. I. parerg. c. 33.* Verum enim uero  
 illud solet requiri:

*Num ideo INTERPRETATIO VSUALIS, qua VSVRAE ul-*  
*tra ALTERVM TANTVM probatae; ideo damnandae locus?*  
*in posterum?*

Grauis certe est ratio, ad id negandum. *Principio* quod  
*corpus iuris* receptum sit; ut *GLOSSAE* est intellectum, ac  
*FORIS*. Deinde ipse etiam *usus*, quo nemo dubitauerit de  
*altero tanto licto*, faciat ius. *Imo*, quod est magis, hic ipsi  
*legi* deroget. *Demum* si criticorum & philologorum opinio-  
*nones forensem usum tollant*, ius fore multoties in *ambiguo*.  
 Ad *extremum*, si, in modo *usurarum*, castra *Iustiniana*  
*uniuersim* deserta, eo facilius etiam *acquitati* naturali hic  
*dandus* sit locus.

- (6) Consuli hic possunt *iureconsultorum* cum *systemata*; tum *Limitatio-*  
*etiam responsa*, *consilia* & *decisiones* forenses. In illis *pro* *nes enor-*  
*bitio* *usurarum* *alterius tanti* cessare debet in causis, *quaemes.*  
*se-*

sequuntar. *Principio 1)* si usurae iam solutae uel annuatim uel etiam *2) uniuersim*; in utroque nulla sit indebiti conditio. *Deinde, 3)* si debitor morosus uocatus sit in ius *iudiciumque*. *Tum 4)* si debitor nuntium miserit huic *alterius tanti exceptioni*. *Praesertim 5)* si renunciatio facta sit *fideiurata*. *Praeterea 6)* si creditor sit *mercator*; si *7)* sit *argentarius*. Post *8)* si pecunia *traiebitia* credita, inter centum pericula. *Tum 9)* si debitum sit ex *legato* aut *fideicomisso* aut *etiam 10)* ob *promissam dotem*. Porro *11)* si debeatur *pupillis* uel *12)* *piae causae*; idque *etiam 13)* in monte pietatis. Demum *si 14)* *ciuitati* aut *15)* *communitati* debeatur uel etiam *16)* *fisco*. Tandem *17)* si creditor docere possit uel *daminum* emergens uel *18)* *lucrum cessans* uel *19)* creditor *conuincere* possit debitorem *lucri facti* cum mutuata eidem pecunia. Ad *extremum 20)* si facta fuerit *chirographi nonatio*. Taceo argatiolas alias plures; quae *in iuris prudentiam* reddunt difficillimam, sine causa ulla; quod *regulam* uiacant exceptiones. Id ergo agit iureconsultus magni nominis, in schola curiaque, TABOR (\*): ut ostendat omnia haec *anti-Iustiniane* esse. Adeoque consultum magis foret, *IUSTINIANEA* abrogare; quam illa impetrere per latus, telorum tanta segete.

*Contra  
praxis in  
Germania.  
I) Leges  
Magdeburgicae.*

- (7) *Principio leges* dabimus; deinde *forensia praeindicia*; tum *comitialia* problemata; demum *rationes iusti & aequi*. In *legibus* occurrit nostra *provincialis*, his verbis concepta: *quoniam VSVRAE nostri in Germania aeni ideo reducuae ad QVINCUNCES*; *ut definiant id, quod INTEREST*; *quoniam creditor ex MVTVO tantum lucri possit habere alias*: *igitur statuimus & uolumus: ut VSVRAE, licet VLTRA TANTVM reflent.*

(\*) In libro peculiari de praefidiis *infelicium creditorum* & in primis *exceptione alterius tanti usurarum*, quem exhibent eius *opera uol. I. p. 247*. Veniam meretur ille, quod fauore actus sit *infelicium debitorum* abreptusque ita in transuersum.

stent, nihilominus SOLVANTVR negre DEMINVANTVR in CAPITE aut sorte (\*). Ubi ratio semel iterumque repetita: quod quincunes definiant non tam usuras aut foenus, quam id, quod interest. Quoniam legislator, pro sui aevi statu, credidit: centum numeris debitorem quemlibet tantum luctari posse, ut soluere queat, anni spatio, quinque de cenzum. Et etiamnunc ita emere & uendere solent homines

F

agros

- (\*) Est haec *constitutio* eo maioris facienda, quod lata & edita sit ratione consultissima, principis & ordinum prouincialium unanimi consensu. In vernacula lex ita se habet. Magdeb. pol. Ordin. cap. 51. §. 1. Allgemeinen die Zinsen von ausgeliehenen Geldern, in ichigen Zeiten, nicht eigentlich wie Zinsen, sondern als gebührendes *Interesse*, dem Creditor gereicht werden, massen der Creditor sein ausgeliehenes Geld vor dem bestimmten Zahl-Termine von dem Schuldner nicht wieder fordern mag; ob ihm gleich eine Notb lasteisse, ans welcher er sich mit dem ausgeliehenen Gelde, wenn er dessen mächtig wäre, retten, oder sonst sich Nutzen und Vortheil schaffen könnte: so setzen und ordnen wir, aus diesen und andern uns bewegenden Ursachen mehr, hiermit; daß hinführro, obgleich von Jahr zu Jahren einzeln sowiel Zinsen, als das Capital sich beträgt, oder noch ein mehrers, über solch alterum tantum bezahlet, oder aber aufgeschwollen, dennoch der weitere Lauff der verschriebenen oder aus den verzögerten Bezahlung des Capitals herrührenden Zinsen dadurch nicht gehemmet, viel weniger das, was über das alterum tantum entrichter, an dem Capital abgekürzt werden, sondern die Land-üblichen Zinsen, als ein billiges *Interesse*, so lange, als das Capital unabgeleget bleibt, abgestattet werden sollen: jedoch wann nach der vorigen Landes-*Constitution* die Zinsen ultra alterum tantum aufgelauffen, soll der hinterstellige Rest darüber nicht gefordert werden. Gleichwohl von Zeit der Publication dieser unserer neuen, der vorigen derogirenden, *Constitution* weiter fortlauffen, und in Zukunft, so lange, als die *Capitalia* stehen bleiben, der Zins davon dem Creditor unwiegerlich bezahlet werden. Solte auch ein im Herzogthum Magdeburg gefessener Debitor, bisher seinem Creditori etwas an Zinsen ultra alterum tantum in denen Fällen, da bisher die Zinsen höher nicht lauffen mögen, bezahlet haben, soll er solches, als indebita solatum, zu condicieren oder zu compensiren besugt seyn.

Eius ratio  
consultis.  
sima sine  
fine.

2) usū fori

agros praediaque: ut emtor pecuniam in rem uertat, quae de centum quinque ferat aureorum reditus duraturos sine fine. Vulgi sermone dicimus: er habe sein Geld wohl angeleget, das Gut verzinsete sich Land-üblich. Id est, quod Leges Latii habent pro more regionis. Quod cum ita sit; Germaniae nostrae mores, usu testatissimi, ius faciunt; quincunces sufficere ad id, quod interest quotannis & creditoris; ut accipiat & debitoris; ut soluat, in lucro dannoque compensando utrobique. Cumque hoc tam diu continuet; quam diu primus careat pecunia mutuata, alter uero eadem utatur: insipidum prorsus esset, silum obligationis abrumpere & tollere legem, uniuersim in republica latam & sine fine duraturam. Fidenter igitur scribere potuerē patriae iureconsulti; quod durent usurae, quam diu usus fortis duret. Neque attendi exceptionem alterius tanti in tribunalibus imperii. Loquatur Petr. Frīd. MINDANVS de processibus camerae imperialis lib. II. c. 78. artic. 6. n. 21. his quidem uerbis: usuris sortem DPLICANTIBVS, CESSANT usurae. Verum hoc, ex PROBABILI legitimarum usurarum RATIONE, HODIE NON ATTENDITVR. Sed, quam diu DV-RAT MVTVM; tam diu praestantur VSVRAE; etiam si CENTVM uel MILLE annos duraret obligatio. Idem iisdem pene uerbis adſfirmat Ernest. COTHMANNVS uolum. II. respons. 52. num. 259. EXCEPTIO; ne usurae SUPRA ALTERVM tantum, aut DVPLVM exigantur, senatus parrocinari nequit. Nam HODIE, quam diu DV-RAT MVTVM; tam diu PRAESTANDAE VSVRAE; etiam si CENTVM uel MILLE annos duraret obligatio. Quod ipsum EXPERIENTIA quotidiana non solum comprobat; sed turis RATIO confirmat. Cum usurae hodie non ut VSVRAE; sed ut INTERESSE & lucrum cessans, PVBLICA LEGE TAXATVM, debeantur. Alios testes forenses laudauimus in HALLENSIBVS DIVRNIIS an. 1739. num. 25. p. 417. Demum illud est non minus singulare: quod th̄ema hoc: num usu-  
VAC

*rae ultra alterum tantum sortis debeantur?* tractatum sit in 3) problemate co-  
plenissimis COMITIIS, an. 1654. Quod tamen inuicem dis- sentientium essent integrae cohortes, nihil actum; sed pro- blema dilatum in comitia futura. Neque tamen ex hoc tem- pore aliquid actum aut definitum fuisse, memini me legisse. Ceterum negantium olim maiorem partem fuisse; illud facile intelligitur ex *sententia*, in *Magdeburgico regimine lata die 15 Dec. 1658.* in causa usurarum *Schulenburg contra Meyendorf*, uerbis, quae sequuntur: *solvantur vsvrae actori ULTRA ALTERVM TANTVM.* Quodsi tamen illae prohibitae fuerint in comitiis; reddat actor, quod ultra accepit, reo, indebiti condicione. Vnde plura intelliguntur. Principio quidem in problemate ordines suffragatores conuenire non potuisse: deinde rem *dilatam* in aliud tempus: praeterea communem tamen, in foris Germaniae, *praxin*, ultra alterum tantum debitores damnasse: igitur re ipsa clarum esse, hanc seruan- dam, usque duim aliud uideatur uel *imperio* uel legislatori in prouinciis. Ad extremum, speciminis loco, ex *aequo & 4) Sana bono atque ex iuris naturalis & rationis sanae principiis tuti ratione.* sumus in HALLENSIB. DIVRN. 1739. num. 27. hanc causam; quod illa aequa & iusta sit: prohibita autem alterius tanti solutio & creditorri manifestam iniuriam & debitori perfido & ingrato praestare patrocinium; imo, in commerceis, fideque ciuium, obesse nimium quantum reipublicae saluti. Sed cum haec dissertatio inauguralis in *iure voluntario ac positivo* uersetur, argumenta ibi plene planeque discussa nolo hic repetere.

## DIFFERENTIA XII.

## De usurariae nimietatis poena.

In iure Romano foeneratorum, usuras legitimas *exce-* I. R. poena dentium, poena fuerat restitutio quadrupli abun- infamia.

danter accepti (1): nec quicquam *infamiae*, quam DIOCLETIANVS tantum irrogauit *anatocismi* reis (2). Postea ne *primam* quidem *multam* adprobauit IVSTINIA-NVS. Cui satis fuerat, *excessum* punire *nullitate* atque debitori indulgere; ne stet *promissis* & soluta repeatat indebiti *conditione* (3). In iure Germanico plusquam trisulca tela uibrantur in usurarios. *Principio infamia sacra & civilis* (4); deinde *priuatio* uel *quartae* partis in forte (5) uel *fortis totius* (6); demum *poenae statutae* aliae utpote *multa*, *carcer*, *exilium* & quid praeterea non (7)? Satis acriter; dummodo satis consulte; ne *poena* supereret delicti *grauitatem* (8). Praetertim in *modico* excessu; uel in *semisse*, quae alibi foeneratoribus est lege *indulta* (9). Et quae! uni delicto quae demum lex statuit triplicium poenarum genera? Contra autem hodie & olim exempla docent; maximos usurarios ideo ad *gentilitios honores*, *nobilium*, *baronum*, imo *comitum* quoque extolli; si quidem, in hac ipsa usuraria improbatate, *regibus* & *reipublicae* profuerint (10).

## DEMONSTRATIO.

Poena  
quadru-  
pli.

- (1) *Est lex 2. C. Theod. de usuris* quae sequitur: *Quicunque ultra CENTESIMAM, IVRE PERMISSAM eruerit, QUADRUPLI poenae obligatione constrictus, protinus ABLATA REDHIBEBIT.* Hi uero qui antea, pari furore, grassati uspiam degentur, in DVPLVM extorta restituant. Illustratur haec constitutio testimonio CATONIS in prooemio de re rustica: *maiores nostri ita legibus posuerunt; FVREM DVPLI condemnari, FOENERATOREM QUADRUPLI.* *Quanto maiorem ciuem existimauerint FOENERATOREM, quam FVREM, hinc licet*

licet acstimare. Sed adposite Iac. GOTHOFREDVS: haec ipsa LEX poenaque IVSTINIANO DISPLICVIT; qua causa hanc legem a CODICE suo noluit abesse solique ANATOCISMO hanc poenam proposuit in l. 20. C. ex quibus causis infamia irrogatur. Causa huius conuersio[n]is fuerat haec: Nam principio quadrupli poena dictata in libera republica ideo: quoniam illa magis scripta fuerat in gratiam aurae popularis. Quae tamen, ob rigorem nimium, statim post fuerat abrogata. Reducta autem a THEODOSIO in canonum, quasvis usuras horrentium, gratiam. Contra, postquam IVSTINIANVS usuras reduxit ad semissim; iudicio prudentissimi imperatoris, exinde alia poena non opus fuerat, quam NVLLITATIS. Idem sentiret imperator hodie ideo; quoniam usurae iamnunc deminutae ad quincuncem.

- (2) Hoc sibi Iac. GOTHOFREDVS persuadet; qui l. 20. C. ex quibus causis infamia irrogatur, ex mente Iustiniani, non ultra miae. extendit, quam ad usurarum usuras in anatocismo. Hoc si ita esset: frustra mouerentur iuris problemata: utrum usurae legitimae excessus puniendus hodie in iure Iustiniane*o infamia?* utrum in hoc genere *usurariu[s]* queat condere *testamentum?* utrum ipso iure fuerit *infamis*; an demum post sententiam? utrum *infamia* extendenda in illos, qui usuras semisses accipiunt, illis indultis in prouinciali lege? utrum *infamia* haec sit *iuris an facti & leuis maculae?* & quae sunt generis eiusdem. Quamuis enim HARMENOPVLVS lib. III. promtuarii tit. 7. n. 22. duas causas alleget in uerbis: Οἱ ἀγεγύτως τοιχίοις νεὶ τόνες τόνων απαρτεῖται, ἀτημάτει: ille tamen in primo etiam peccat alias; quod nouellam LEONIS lib. III. tit. 8. adprober: omnes usuras, cuiuscunque modi, ob legem diuinam, esse damnandas infamiamque ideo cuique irrogandam.

- (3) Plana est L. 26. C. de usur. Si quis autem aliquid contra Poena modum huius fecerit constitutionis (ecce comminationem!) nullitas folius.

NVILLAM penitus de superfluo habeat actionem: sed &, si acceperit, in sortem hoc imputare compelletur. Et porro quid, si siliquarum uel sportularum nomine aliquid detraherit de mutuata sorte? Respondet: in soluendo & sortem in tantum minuendam & usuras nimias habendas pro non scriptis. Neutrum certe dici potuisse; si quidem usurarius fuisset multandus fortis quarta parte.

*Dirae in  
usurarios  
acres satis.*

- (4) In ciuili infamia putant, usurarium excludi a testimonio dicens aut testando, ultima uoluntate; in sacra cum arcent a sacramentorum usu; mortuo negant honestam sepulturam atque alterius uitiae beatitudinem. Haec & dirarum genera alia plura congesit CARPZOVIVS in *turisprud. crimin. part. II.* quæst. 92. quae est de poenis usurariae prauitatis. Cumque plura ibi scanteant superstitione, iuri canonico propria; non habent certe ICTI Euangelici; quare classes eius generis dirarum uel tueantur hodie uel, quod in pluribus deprehendi, gaudeant, illas adaugere. Illuſtrissimus vir & ICTUS sui omnino aei, princeps L. B. de COCCETI in *iure controvexo lib. XXII. b. t. qu. 1.* deſtruit cum *iuris canonici*, in *demandis usuris*; tum *poenarum* eis dictarum uim, una similitudine: *Quis negat*, inquit, *aedes locari posse*, *pro insigni locario?* licet illae non pariant. Et si in ciuitate singulis aedibus locarium definitum certa summa; quis quaefo, si hanc excesserit in locando eius, eum ideo deuouerit diris; dixerit *infamem*; imo spoliuerit *bonis*, graui mulcta; aut banno eiecerit ex urbe & prouincia interdixeritque *aqua & igne*. Non leniori autem uirgula tractant poenas usuriarum fora Germaniae plura & doctores ac iudices forentes, impetu insano & furibundo tantum non. In *Comment. ad AVREAM NVILLAM tom. I. tit. I. §. 3. p. 100.* notauiimus carbone; quod CAROLVS IV. & ciuibus & ciuitatibus intentauerit BANNVM IMPERIALE (def̄ Reichs-Acht) si quidem electores eorumque legatos in *annona circumuenierint* unius alteriusue ferculi, plus

plus petendo, quam pretium fuerit commune. Multo magis hic licet repetere idem. Sit enim modus in rebus & gruitas poenae non excedat delicti gravitatem.

- (5) Illud inculcant RECESSVS IMPERII passim, an. 1577. tit. XVII. Amisso solle den vierdten Theil an seiner Hauptforderung verlobt quartae in sorte. ren haben. Locum superius commemorauimus differ. VI. not. 2. p. 20. Quaesol unde haec quartae poena. Testatisfimur est; quod CATO de re rustica scripsit: furem DVPLI damnari; foeneratorem QVADRVLPI. Vnde accusatores di-ctos esse quadruplatores. Et clara est l. 2. C. Theod. de usuris his uerbis promulgata: *Quicunque ultra CENTESIMAM, iure permisam, aliquid eruerit, QVADRVLPI poenae obligatione constrictus, protinus ABLATA redhibebit.* Hi uero, qui anteā, pari furore grassati, in DVPLVM EXTORTA restituant. Nisi igitur fallor, COMITIALES SVFRAGATORES; occasione huius legis, poenam quartae sortis decreuerunt. Sed errarunt ita omnino. Nam intelligitur hic non *quarta pars sortis*; sed quadruplum illius summae, quam debitori extorserunt ultra legitimum & definitum modum usurarum. Sed ne hoc quidem est iuris Iustiniane: qui ideo quadrupli legem omisit in suo codice.
- (6) CONSTITVIO SAXONICA 1625. promulgata, est quidem Amisso haec: dass die Wucherer nicht allein des VIERDTEN theils; sortis totius. sondern auch der GANTZEN auf Wucher ausgeliehenen SVMMA verlustig seyn. Exclamat CARPZOVIVS part. II, quæst. 92. num. 28. Hoc prudentissime ita dispositum.
- (7) Idem rigor legitur in CONSTITUTIONE SAXONICA an. 1583. Poena ex-Sondern auch HIERVERBER, nach Gelegenheit der Verbrechen, traordi- mit ZEITLICHEM GEFANGNIS und da er hieruber mehrmals nem præ- betreten, in unsern LANDEN gar NICHT geduldet werden. tetra. Imo 1625. in superius nota 6. allegata constitutione additur: auch am LEIBE wohl gestraffet werden.
- (8) Nemo liberius meliusue hanc poenarum diritatem expendit

ex-

Trutina  
Euangeli-  
ca: ne quid  
nimis.

Rigor cle-  
ricorum  
etiam.  
aduc.

Paradoxa  
in usur-  
ariis hono-  
ratis.

expunxitque pontificiam hanc *superstitutionem* in *usuras & usurarios*, quam uir illustris & tot lustris mihi amicissimus collega iust. Henning. BOEHMERVS in *iure ecclesiast.* lib. V. tit. 19. membr. 2. de *usuraria prauitate eiusque poenis* §. 33. ad §. 46. Utinam momenta, ibi collata, imis sensibus ponderarent animo legislatores, iudices & iureconsulti! Certifimus sum; longe aequius ac iustius fore, IVSTINIANAM hic iuriſprudentiam sequi; quam *papalia decreta*, *superstitutionis plenissima*.

- (9) Licet enim *modus usurarum* ad hos limites prolatus sit, in plurim Germaniae prouinciarum statutis: permanent tamen *pontificia tribunalia* etiam *semifisi* in usuris scribere dicam eandem. Creditores eius generis dicere *usurarios*; eis *coelum & terram* negare; arcere ab uso *sacramentorum*; imo e coetibus christiani expellere; mortuis destinare *asininam* sepulturam, cetera. Quod magis, quamvis ipse imperator FERDINANDVS II. an. 1628. non *semifises* solum; uerum etiam *septunes* indulserit Austriae: *bey Verlust der Hauptsumma mehrers nicht, dann 5. 6. oder 7. pro cento iahrliches interesse zugelassen*, quam constitutionem exhibit FRANC. ANTON. de GVARIENT in codice iuris Austriaci p. 509. 510. clerici tamen existimant, quod in *foro soli* impune sit: illud in *poli foro* puniendum & execrandum. Imo *usurarias causas ecclesiasticis fori esse*; non *secularis*.
- (10) Illud quidem quis coegerit in *iuris harmoniam*: *infamia no- tare usurarios & tamen eosdem euhere ad maximos honores ac dignitates, non munerum*: sed etiam *gentilitatum*. Superfunt hodieque in Germanico imperio familiae illustrissimae, quarum maiores *nobilitati* insimae, mediae ac summae adscripti sunt ideo: quod usuris corraserint diuitias & ipsis imperantibus mutuauerint pecuniarum maximas summas idque ob immodicas usuras. Scilicet uincit quidem legem necessitas publica: sed aliud est, usurarios impunes habere; aliud ornare comitum & baronum diadematis & corollis.

DIFFE-

## DIFFERENTIA XIII.

De *reditibus annuis*.

In iure Romano *reditus annui*, fundo innexi, parum <sup>I. R.</sup> *reditus* cogniti fuerunt. Quod illis *usurae* essent *legitima*: <sup>tus rati.</sup> Inuisissima autem quaevis genera *seruitutum* (1). Contra in Germanico iure olim *usurae* impunes magis, quam <sup>I. G.</sup> *reditus* legibus probatae. Unde pallia & fraudes ad *emendum* <sup>tus fre-</sup> *annuos reditus* (2). Ut in orbe forte uniuerso non tot <sup>quantissi-</sup> censitici agri ac fundi; quam in sola *Germania* (3).

## DEMONSTRATIO.

- (1) Est famosissima L. 15. *quoties nec hominum D. de seruitut.* Ratio re-  
universim his uerbis concepta: *seruitutum non ea natura dictum a*  
*est; ut aliquid faciat quis* (soluat censem) *sed ut aliquid personis.*  
*patiatur.* Quod iuris axioma exemplo praediorum, unde  
*reditus legati, comprobatur, ubi ideo, legataria mortua,*  
*expirauisse legatum, deciditur in l. 12. Gaius D. de annuis*  
*leg.* Quamvis enim l. 33. *cum debere columnam restituere*  
*D. de seruit. praeed. urbanorum* uideatur obstare: satis tamen <sup>aut rebus.</sup>  
nostro argumento id est, quod moribus Latii hoc fuerit  
omnino aduersum: *praedia, in rediribus annuis seruire aeternum.* Ut adeo magis obstricta sit *persona* ad *praestandum*,  
quam ipsa res aut *praedium*. Propterea ne quidem Iustini-  
ani NOVELLA 160. potest aliter intelligi, quam de obliga-  
tione personae necquicquam uero rei.
- (2) Causae, quod plura in *Germania* nostra censitica *praedia*, <sup>Causae re-</sup>  
quam in orbe propemodum uniuerso, mea opinione sunt <sup>dictum</sup> *plurimum*  
*hae.* *Principio* nobiles Germaniae *seruis agros adsignarunt* <sup>in Germa-</sup>  
ad colendum & dandum annuatim census, in frugibus pri-  
mum; deinde in pecunia. *Testis est TACITVS de M. G. cap.*

25. Seruis non in nostrum morem descriptis, per familiam, ministeriis utuntur. Suam quisque SEDEM regit. FRUMENTI modum dominus aut PECORIS aut VESTIS, ut colono, iniungit. Igitur Germani his moribus, inde a principio suae reipublicae, adsueti fuere; ut praedia adficerent *census*: quod Romae fuerat inauditum. Deinde eo ipso; quod maiores nostri abhoruerunt a foenore & usuris omni aeuo: loco earundem, in pecunia mutuanda, adhibuerunt *census* atque hos uerbo contractaque incrustarunt emti uenditi. Qua formula etiam usi sunt in uernacula: *fünfzig Reichsthaler Zins's kauffen*, pro mille in sorte. Retinuerunt illi haec quoque instituta postquam usurarum modus lege ciuili indultus, ut ecclesiasticam euitarent *censuram*, etiamsi a ciuili poena tuti essent.

Inde praedia censiticia tot.

Praedii unius census multis plures.

(3) Nam uni multories praedio septuplices *census*; quorum alii *constitutini*, alii *reservarii*: iterum *redimibiles* alii aliquique *irredimibiles*: porro alii in *frugibus*, alii in *nummis* aut *angariis* consistunt. Neutro opus fuerat *Romae*, ubi nulla possessio seruis, nullaque alia iura: ut adeo opus non esset, servitutes in faciendo tolerare. Hodie autem, postquam publica onera in rusticorum & ciuium praediis tanta sunt, quae exhausti fere inde speranda *commoda*; nefas est, tales *reditus* praediis imponere porro. Ne principum *subditii* impares essent ferendis *oneribus* publicis extra ordinem.

#### DIFFERENTIA XIV.

Num conatui, in usuraria nimietate, poena?

I. Romano  
no

In iure Romano usurariae nimietatis poena in *actu* ipso constiterat, usurarum acceptarum ultra definitum modum; necquicquam in *conatu* aut *promisso* (1).

I. Germanico.

Quod ipsum in iure Germanico est adfirmandum eo fi-

den-



dentius, quo minores in illo usurae, quam in iure Romano. Licet sentiant aliqui ex aduerso, (2) idque canonici iuris superstitione (3).

## DEMONSTRATIO.

- (1) Sunt quidem delicta in iure Romano, ubi puniri solet *conatus*. Usurae tuis, utpote in l. 8. C. ad L. Corn. de fals. atque in l. 3. §. 2. D. *mentales de calumniis*. Verum in utroque hoc casu *lege cautum uerba-*  
tim; quod *infidiarum* haec genera *clandestina* sint, prodiu  
difficilia. Contra leges tenent *exerceentes* tantum usurariam  
prauitatem; quod fit *accipiendo*, non autem frustra *promittendo*. Deinde saluti publicae hoc admodum conducit; si  
debitoris fas est, *inescare* inanibus *promissis* creditorem, ad  
mutuo dandum. Qui alias forte difficilis fuissest ad creden-  
dum. Taceo, quod *IVSTINIANVS* poenales aduersus *usura-*  
*rios* leges expunxerit in suo codice ideo: quod satis quidem  
iudicauerit ad consulendum debitori obaerato; si fidem datam  
licuerit fallere & ita eludere *foeneratoris* conatum.
- (2) Principio enim formula aduersus *usurariam* prauitatem sem- I. G. *viga-*  
per in RECESSIBVS ac legibus imperii est haec: *nicht mehr*, *tur* I. *uer-*  
*als gebräuchliche Gulden zu NEHMEN*; non ultra quincunces bis LL.  
*ACCIPIENDAE*, ORDIN. POLIT. FRANCOF. 1577. tit. 17. Est  
autem aliud *petere*; aliud *accipere* iterumque *promittere*  
aliud quam *soluere*. Primum non depauperat debitorem  
neque creditorem ditat; sed alterum. Deinde TRIBVNALIVM  
imperii *praxis* est eadem, teste graui & pragmatico, GALLIO 2) *praxi*  
*in cameralium obseruat*. lib. II. obseru. 4. 5. *usuræ*, *ultra* forensi.  
modum *promissæ*; sed non *solutæ* non *uitiant* contractum  
in *sorste*; sed tantum habentur pro *non adiectis*. Ita in CA-  
MERA saepius IVDICATVM. Addunt ueteres iureconsulti cau- 3) *antori-*  
sam. Nam INTENTIO deprauata, lucri *ultra modum*, vsv- *tate uete-*  
*RA MENTALIS* est; sed LEX poenalis dicta VSVRAE REALI,  
definiunt BALDV ad C. de *usur.* in *prooem.* atque MOLINAE-

4) patriae  
iurecon-  
sultorum.

5) praeiu-  
diciis aca-  
demicis.

vs de usur. Inde MEVIVS part. VI. decis. 402. atque part. VIII. decis. 185. Est in usurario contractu crimen. Sed POENA non obtinet; nisi quis RE ipsa acceperit; non si, REI loco, CHIROGRAPHVM. Quod idem reperunt de BERGER ad Lauterbach. lib. XXII. tit. 1. quaeſt. 2. Demum firmanter hoc idem sententiis iuridicorum collegiorum, utpote HELMSTADIENSIS apud antecessorem illumstrem LEYSERVUM ineditat. ad D. specim. 246. WITTEBERGENSIS apud Dn. de BERGER in oeconom. iur. lib. IV. p. 764. HALLENSIS in diurn. Hallensib. 1735. num. 3. Ubi problema hoc: *num mentalis usura poenam mereatur?* respondimus insigni commentario. Rationibus contra sententium discussis pariter.

(3) Illud in doctrina virtutum potest omnino adfirmari: quod animo etiam peccetur; non actu tantum. Adeoque ecclesia omnino solicita sit de corrigenda mala mente. Adulter est, qui cupit alterius uxorem; sed mentale adulterium hoc non punitur furca aut mala cruce. Idem sentendum est, de usura, quam dicunt mentali. In qua animus malus in nitio est: non in criminе; cui statuta poena.

## DIFFERENTIA XV.

### De usuris uitalitiis.

I. R. uita-  
litiae exu-  
lant.

**I**n iure Romano VITALITIAE VSVRAE ne quidem nominantur. Ne cognitae fuerunt, multo minus re ipsa (1). Quoniam metuendae fuerant insidiae uitiae ab illo, cui mors alterius multum profutura. In iure Germanico autem I.G. Leib, contractus uitalitiū, die Leibrenten, Leibzucht, admodum sunt frequentes atque utiles reipublicae (2). Quoniam cessant, in populi nostri dextra fideque, hereditarum pericula quaeque. Et saluberrimum est remedium aduersus quosque infortunii casus; non indigere in uicinia mortis ac rugosa senectute.

DE-

## DEMONSTRATIO.

(1) Vulgi sermo est: Italiam bonam; pessimos Italos. Imo pa- I. R. quare radisum Italiam, quam tamen inhabitent diaboli. Myriades *vitalitiae* ibi hominum pereunt insidiis & avaritia heredipetarum, *usurae nullae*. Famosissima haec crimina & nunc & olim, testantur omnis aeui ac orbis autores, quos conduximus in *mischellis tom.* II. lib. 4. opusc. 3. differentia 12. p. 1105. 1106. sq. Inde, Romano iure, *pacta successoria nulla* neque testamenta, neficia reuocari. *Heredem habere*, hoc idem fuerat, quam concitare in se uitiae insidiatorem. Unde facile est ad intelligendum causas: quare per iura Latii exulauerint *VITALITIAE VSVRAE*. Occurrit quidem casus in *l. 8. necessario D. de pericu-*lo rei uendit. His fere descriptus uerbis: *cum vsvm TRV-*CTVM mibi uendis interest, utrum HIC tantum TVVS sit? an uero ipsum quoque CORPVs? Si PRIMVM; cum statim MORIERIS, NIHIL mibi DEBEBIT HERES tuus; HEREDI AV-TEM MEO DEBEBITVR, si tu VIXERIS. Si ULTIMVM; HEREDI meo NIHIL debetur; heres autem tuus debebit mihi, quoad uixero. Atque hunc contractum conferre quodammodo solent cum *vitalitiis usuris*. Nam illud certum est, usum fructum finiri cum morte *usufructuarii*. Ut pereant *usurae* cum uita emtoris redditum *vitalitorum*. Et, fateor, uix *usufructuarium* ab *insidiis* securum fuisse *proprietariis*, ob *lucra* ex illius *morte*. Verum exempli loco singit hoc PAVLVs; non autem, quod ita euenerit, respondet. Deinde si plerique mali; quis dubitauerit, aliquos fuisse bonos atque ab hoc latrocinii genere alienos. Haud dubie igitur emtor *usufructus* de *proprietarii* bonis moribus debuit potuitque ante certus esse, quam contraheret. Sed nostris Germanis, in emtione *vitalitarum usurarum*, nulla solicudo. Creduntur, in populo nostro, boni omnes. Quapropter his *contraetibus* nihil frequentius atque uilius reipublicae.

(2) No-

I. G. uita-  
litii con-  
tractus  
utiles.

(2) Nouo contractui opus fuerat uerbo nouo, nato in uernacula & ciuitate post donato barbarae Latinitatis. Audit ille nobis *Leibzucht*; *Leibrenten*; *Leibgeding* & emtor horum reddituum: *Leibzüchter*, id est, der die Zinsen auf Leib- oder Lebens-Zeit ziehet oder einnimmet. Hinc uocabula Latinobarbara: *usurae uitalitiae*, duratura ad *uitae* dies aut etiam *uictalitiae*, quod faciant ad uictum cultumque creditoris. Ita enim proficit & creditor & debitor. Primum, quod ita certus sit, ne indegeat unquam, ne quidem in ultima senecta. Deinde crescunt potius, aetate crescente, eius generis usurae ideo, quod tunc quidem proximiores esse uidentur morti, quae illas tollit. Praeterea cum nemini soluantur, quam ipsi creditori, dem *Leibzüchter*; etiam securus est ab illis, quibus est obaeratus, ne *uitalios reditus* vindicent fibi. *Debitoris* autem insigne lucrum est hoc: quod, creditore mortuo, cedat ipsi/sors omnis creditae summae. Deinde cum eius generis creditores alii breuioris sint uitae, saepius euenire solet hoc; ut, si uno alteroue anno soluerint trientes aut quadrantes, centies, quod dederunt, alio casu recipient. Ut adeo *uitalitia* mensae inuidenda inferantur incrementa. Fortunae lusus sunt, fallax hamus, alea, spes. In iure salinario huius ciuitatis uerbum *Gerente*, alio sensu, occurrit: quo idem est, quam definitus reditus ex salinis, formula concepta his uerbis in uernacula: er hat soviel Zober (*Solen*) GERENTE auf seinem Kot. Nam salinariae casae hi reditus innexi sunt numerosque habent uel simplices uel multiplices & perpetuos, qui uocari solent st̄ate *Gerente*. Inueni enim hoc quoque; quod quidam eorum acquisiti fint ad dies uitae tantum ideoque *Leibgerente* solebant uocari. Quod tamen hodie sublatum est desuetudine. Ceterum, qui operas praestant uel in *hauriendo* ex fonte uel in *ferenda aqua* *salsa* in casas salinatorum ideo audire solent *Gerentner*, quod hi illis reditus, instar *salarii* & *beneficii*, ob praestita seruitia, debeantur uel etiam *piis corporibus gratis*, instar alimentorum. De etymologia usuque uerbi *Renten* in uariis Europae populorum linguis egimus supra different. I. num. 6. p. 3. Quod addere placuit hic in ciuium nostrorum gratiam.

Roma

Quid Ge-  
rente, Ge-  
rentner in  
nostris sa-  
linis?



Er seines Fleisses Capital  
Asträens Hand auf Wucher lehnet,  
Denselben hat sie allemahl  
An Zinses statt mit Ruhm gekrönet.  
Der Pabstes Sinn ist ihr zu schlecht:  
Sie schickt sich nach dem Bürger-Recht,  
Das sich mit keinem Trug verbindet.  
Vertrag und Billigkeit hat statt;  
Indem sie stets gewähret hat,  
Was sich in dem Vergleiche findet.

Gelehrter Rosenbach, dies ist  
An Deinem Beispiel zu erkennen:  
Worauf Du gleich gegangen bist,  
Den Zins will sie Dir redlich gönnen.  
So ist Dein Capital vergünst;  
Du ziebst den reichlichsten Gewinnst:  
Man hört, man sieht, man kan ihn lesen.  
Wohl dem, der solchen Wucher zieht,  
Da man an Kunst und Purpur sieht,  
Das Capital sei schön gewesen!

Christoph Friedrich von Flemming,  
Nob. Pomer. Oppon.

Sic vigor ingenii nunquam sinit esse latentes;  
Sic vigiles, presso sequitur pede, gloria curas.  
Contigit hoc patricis, socium coniungere vtrumque,  
Deserit ingenium multos, diligentia multos.  
Verum inter falsumque haerent timidique errare,  
Hic gradus figunt tremulos, vbi maxime tritus  
Obicitur tristes. Decies iam iura recocta  
Iniussi apponunt, fastidia longa cientes.

H

In-

Ingenium, studium, & quicquid fuit hisce negatum,  
Hoc TIBI concessum. TVA, TE, conamina probant,  
Quae tenui cura, nomen laudesque negatas  
Zoilis extorquent inuitis, & ambitiose  
Tristibus eripiunt. Sic pergens culmina summa  
Doctrinae, ascensu superabis, laurea serta  
(Proemia digna viro) circum tua tempora nec tens.

Casp. Henr. de Normann,  
Equ. Mecklenb. Oppon.

---

**N**obilitas verumque decus virtute paratur.  
Tempora victoris, cingitstellata corona.  
Sic quoque consequeris meritos TIBI victor ho-  
nores  
Dignus eras illo pretio, quod nunc capis amplio.  
Quare TIBI seruet vultum fortuna benignum  
Perpetuo ut possis doctrinæ carpere fructus.

*Viro prænobilissimo nec non doctissimo, dignitatem  
doctoralem amplectenti, fanfæta quæcumque appre-  
cans haec gratulabundus dicat*

C. L. Muller, Megapol.  
I. V. Stud. Oppon.

---

**B**ien que tout le monde vous loue, & m' y invite ;  
Je ne saurois pourtant jamais m' y disposer.  
Il faut, pour bien louer, égaler le mérite  
Je le fais, je m' examine, & n'ose plus vous  
louer.

A. F. Olthoff,  
de la Pomer. Sued. Oppon.

ΕΥΦΕΜΙΑ,

Q V I B V S

SVMMOS IN VTROQVE IVRE  
HONORES

IN

ILLVSTRI FRIDERICIANA HALENSI  
SOLENNI RITV

D. XI. APRIL. MDCC XXXX.

COLLATOS

NOBILISSIMO, AMPLIASSIMO ET  
CONSULTISSIMO

DOMINO

HENRICO AVGVSTO  
ROSENBACHIO,

GRIMMENSI MISN.

FAVSTOS AC FELICES ESSE

IVBENT

COGNATI ET AMICI.



Oma suos albo quondam cingebat  
amicu

Victores, & quos nobilitabat ho-  
nos.

Hala ast purpureo victores cingit  
amicu,

Ornatum qualem, suavis amice, capis.  
Nam præclara Tibi tandem victoria, nullo  
Sanguine, sed multo parta labore, stetit.  
Ter benedicta Trias, tanto benedicat honori,  
Donet victori præmia mille, precor!

*Fausæ gratulationis ergo scripsit*

D. Joh. David Wendlerus,

Potent. Reg. Pol. & Princ. Elec. Sax. a Con-  
sil. Rer. Commissar. nec non Dynastiæ  
Dobrilucensis Praefectus.

N Unc Themis alma Tibi donat sua præmia,  
Amice,  
Prosperet hocce Deus! sis memor us-  
que mei.

*Hoc gratulabundus apposuit*

Geo. Gottfr. Schiefferdecker,  
Accil. Insp. & Advoc. jur.

Heus!

**H**lus! ubi pacta fides, Frater carissime, qua Te  
Jurabas similem tempus in omne mihi?  
Hactenus & studiis communibus, atque fuiste  
Nos animis, nec non constat honore, pares.  
Nonne videbamur fratum par nobile, tecum  
Nonne, quod est rarum, mens fuit una mihi?  
Jam primus fidei disrumpis amabile foedus,  
Par, Tibi non constans, nec cupis esse mihi.  
Nunc majora petis multum mutatus ab illo,  
Nec reputas ubi sit dextra fidesque data!  
Nunc minor evado, natu Te major, honore:  
Es natu minimus, major honore tamen.  
Accipis oblatos summos Doctoris honores,  
Quos claræ Themidi turba dicata capit.  
At tam magna datur nondum mihi palma laborum;  
Et mihi nomen idem, quod fuit ante, manet.  
Nec tamen in video tantos Tibi, Frater, honores,  
Qui sunt doctrinæ præmia læta Tuæ.  
Sis major titulo, virtutibus esse priorem  
Te non, donec erit spiritus hicce, sinam.  
Fortunet tantum lætis successibus almus  
Omnia, quæ Tibi sunt suscipienda, Deus.  
Sic quoque delatis titulis me major honorum  
Evades nunquam prosperitate minor.

*Paucis bis fratri suo natu minori, Jur. Utr. Doctoris  
insignia auspicato capessenti gratulari, eidemque  
prosperrima quaque apprecazi voluit frater natu  
major*

Adamus Henricus Rosenbachius,  
Advoc.

**S**ie Tugend ist es so gewohnt,  
Dass, wer ihr einen Tempel bauet,  
Und ihren goldnen Schimmer trauet,  
Sie solchen, nach Verdienst, belohnt.  
Die Spur derselben zwar zu finden,  
Ist schwierig, denn die begräfste Bahn,  
Wo oft die Gänge wollen schwinden,  
Führt einen rauhen Berg hinan,  
Doch zeiget sie zugleich von weiten  
Unschätzbar grosse Lustbarkeiten.

**E**s ist die Ehre, die sie ihr,  
Dieweil sie stets bei ihr gewesen,  
Zum lieben Kinde ausserlesen,  
Die hält sie den Verehrern für:  
Verspricht sie ihnen auch zu geben  
Als einen werthen Ehe-Schätz.  
Doch das, wenn sie nach solcher streben,  
Sie ihr zuvor den ersten Platz  
In ihren Herzen müssen gönnen,  
Sonst wird sie sich von ihnen trennen.

**D**a Sie, Hochwerthgeschätzter Herr!  
Sich nun zum Tugend-Weg gedrungen,  
So ist es Ihnen auch gelungen,  
Das Sie nun weit geruhiger  
Sich mit der Tochter können gatten,  
Und stets auf dieser schönen Bahn  
So wie die Sonne ihren Schatten  
Den Körpern allen geben kan,  
Die deren Wirkung hoch zu schätzen  
Sich unter ihre Strahlen sezen.

**Ich**

Ich freue mich daher im Geist  
Wenn ich den Sinn nach Halle schicke  
Und Rosenbachen da erblicke,

Der Doctor Utriusque heißt.

Wenn ichs mit Augen könnte sehen,  
Wie man Sie zu verehren weiß:  
So sagt ich, HERR, es soll geschehen,  
Dass Dero Tugend Ehrenpreis  
Wie Epheu grünend müsse bleiben:  
So aber will ichs wünschend schreiben.

Johannes Weise,  
Rev. Min. Cand.

---

O solst Du, Werthster Freund, vor die erlangten  
Gaben

Der edlen Wissenschaft den Lohn des Fleisses haben,  
Da Dir der Doctor - Huth wird rühmlichst aufgesetzt,  
Als des Apollo Dich ja selbsten würdig schätz.  
Wie kanns auch anders seyn? Es muss wohl aufs Bemühen  
Nach Weisheit, klugen Witz, der Ehren Vorbeer blühen;  
Drum thut derselbe wohl, der sich mit Lust bemüht,  
Weil er hernach davor die Frucht der Mühe sieht.  
Weil Du dies auch gethan; so steht Dir nunmehr offen  
Der Ehren guldnes Haus, und lässt Dich ferner hoffen  
Noch mehrern Tugend-Lohn, als so nur dem gebührt,  
Den kluge Sinnen mehr, als blosses Prahlen ziert.  
Wohlan! da Du demnach die Doctor - Würd erlanget,  
Mit der nur, so was Rechts studiret, rühmlichst pranget;  
So lasz Gott diesen Lohn noch ferner fruchtbar seyn,  
Und stelle sich bei dem zugleich das andre ein.

Johann Friedrich Schubarth,  
J. U. C.

Wer


**S**ie der Tugend ungeschmincktes Wesen  
Sich zu seiner Führerin erlezen,  
Dem folgt Ehre: Ehre bleibt noch immer  
Der Tugend Schimmer.

Man sieht jetzt an Ihnen ein Exempel  
Tugend führet Sie durch ihren Tempel  
In den Palast wohlverdienter Ehren,  
Sich zu vermehren.

Es vermahle sich mit Dero Glücke  
Fernerhin ein freudenreich Geschick:  
Tugend ist die Quelle, so Vergnügen  
Nie lässt versiegen.

Dieses sollte hinzusetzen ein kleiner Vertter

Adolph Christian Wendler.



02 H1192

Von 78

ULB Halle  
003 099 555

3





**Farbkarte #13**

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Inches

DIFFERENTIAS IVRIS  
ROMANI ET GERMANICI  
IN  
**V S V R I S**  
PRAECIPVE  
VLTRA ALTERVM TANTVM  
PRAESIDE  
**IOAN.PETRO DE LVDEWIG**  
FRIDERICIANAE CANCELLARIO PERPETVO  
REGIS CONSILIARIO INTIMO ET MAGDEBURGICI  
REGIMINIS AC CONSISTORII  
ORDINIS IVRECONSVLTORVM PRAESIDE  
ATQ'VE AERARII PAPERVERVM DIRECTORE  
DOMINO IN BENDORF, PRAEZ ET GATTERSTAEDT  
**PRO DOCTORIS**  
IVRE ET DIGNITATE  
CAPESENDA  
CONSENSV AMPLISSIMI ICTORVM ORDINIS  
IN FRIDERICIANA  
RESPONDEBIT  
**HENRICVS AVGVSTVS ROSENBACH**  
GRIMMA MISNIENSIS.

DIE XI. MENSIS APRIL. CI CCCC XXXX.  
H. I. Q. S.

*HALAE SALICAE*  
EX OFFICINA KITLERIANA.

(8)